Simplicius papa, † 483. — Mart. 2.

* *Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 249; || ed. MOMMSEN, 112-13). — PETRUS DE NAT. XI. 5.

Simplicius ep. Augustodunensis, † saec. V in. — Iun. 24 vel Nov. 19.

1. * GREG. TURON. *Glor. conf.* 73, 75, 76 (al. 74, 76, 77).

2. VITA. *Inc.* Simplicius vir prudens, dives ac nobilis — *Des.* α) virtus prodiit, vitae mors reddidit. [7787

vel β) virtusque prodidit vitam quam mors reddidit sine crimine puram, praestante Dño... Amen. [7788

Catal. Brux. I. 127-29 (des. β). — Var. lect. *Catal. Paris.* I. 476, 137* (des. α).

Simplicius, Constantius et Victorianus mm. apud Marsos in Aprutio, sub Antonino. — Aug. 26.

PASSIO. *Inc.* Imperante vero augusto ingens persecutio per universum excanduit — *Des.* pro mentione dictare. Passi enim fuere VII kal. sept., adiuvante Dño... Amen. [7789

Act. SS. Aug. V. 780-82; || CORSIGNANI (P. A.), *Acta ss. mm. Simplicii, Constantii et Victoriani... vindicata* (Romae, 1750), 21-29.

Simplicius, Faustinus et Beatrix mm. Romae, sub Diocletiano. — Iul. 29.

1. PASSIO. *Inc.* Temporibus Diocletiani et Maximiani sceleratissimorum imp. multi christianorum necati sunt — *Des.* pax dabitur ecclesiis Christi. Quod factum est, Dño auxiliante... Amen. [7790

MOMBRITIUS, II. 293v-94; || *Act. SS.* Iul. VII. 36; 3a ed. 47.

2. Epitomae. [7791

Ado, 29 iul. — Vinc. Bellov. xiii. 85. — *Leg. aurea,* c. 104 (99). — Petrus de Nat. vi 153.

Sindulfus erem. Alsontiae, † saec. VII in. — Oct. 20.

1. Vita auct. Almanno mon. Altivillarensi. *Inc. prol.* Postquam Dei vivi filius — *Inc.* Fuit enim bb. Dei sacerdos S. hilaris mente — *Des.* simili capreae hinnuloque cervorum. [7792

Mabillon, *Acta,* I. 368-71; 2ª ed. 351-53; || *Act. SS.* Oct. VIII. 892-94, n. 1-10.

2. Translatio in Altumvillare post med. saec. IX, auct. eodem. *Inc.* Praeterea qui plenius scire desiderat, quam promerite — *Des.* pristinae est sanitati meritis b. S-i restituta. [7793

Act. SS. t. c. 894-95, n. 11-13.

Sinerius ep. Abrincensis = **Senator.**

Sinerius, Sinerus m. Sirmiensis = **Serenus.**

Sinesius. = **Senesius.**

Sinicius ep. Remensis. *Vid.* **Sixtus.**

Siricius papa, † 399. — Nov. 26.

* *Lib. pont.* (ed. Duchesne, I. 217; ed. Mommsen, 85-86). — Petrus de Nat. xi. 3.

Sirus = **Syrus.**

Sisenandus diac. m. Cordubae, † 851. — Iul. 16.

*Eulogius, *Mem. SS.* ii. 5 (*P.L.* CXV. 772-73); || Surius, VII (1618), 208; || *Act. SS.* Iul. IV. 181, n. 3.

Sisinnius et soc. mm. Romae, † 309. *Vid.* **Marcellus** papa.

Sisinnius ep. Tei in Lydia, saec. VII extr. — Febr. 14.

Petrus de Nat. iii. 125.

Sisinnius, Martyrius et Alexander mm. in agro Tridentino, † 397. — Mai 29.

1. De SS. martyribus epistolae Vigilii ep. Tridentini. **I.** (ad Simplicianum ep. Mediolanensem). *Inc.* Dño sancto... Simpliciano... Quamvis facta martyrum mentione — *Des.* Dies autem passionis sanctorum iv kal. iun., vi feria, luna nascente. [7794

Lipomanus, II, f. 151ᵛ-52; || Surius, III (1572), 424-25; (1579), 485-86; V (1618), 321; V (1876), 773-75; || Baronius, *Annales,* an. 400, viii-xi; ||

Act. SS. Mai VII. 41-42; || RUINART (1689), 684-86; (1713), 609-10; (1731) 534-35; (1803), III. 400-403; (1859), 624-26; || GALLANDIUS, VIII. 203; || *P.L.* XIII. 549-52.

II. (AD IOHANNEM CHRYSOSTOMUM EP. CPOLITANUM). *Inc.* Ad sanctas aures novus caritatis hospes — *Des.* numerus, trinitatem. [7795

Act. SS. t. c. 42-45; 3ª ed. 42-44; || RUINART (1689), 686-91; (1713), 610-615; (1731), 535-39; (1803), III. 404-13; (1859), 626-30; || GALLANDIUS, t. c. 204-6; || *P.L.* t. c. 552-58.

2. PASSIO. *Inc.* In diebus illis, praesidente cathedram ecclesiae urbis Tridentinae s. ac ven. Vigilio — *Des.* α) et medicinam conquireret. Acta sunt haec sub die IV kal. iun., regnante... Amen. [7796

vel β) praestantur divina beneficia. Passi sunt... Amen. [7797

MOMBRITIUS, II. 303-3ᵛ (des. β); || SURIUS, III (1572), 426-27; (1579), 486-87: V (1618), 322; V (1876), 775-77 (des. α); || *Act. SS.* t. c. 40-41 (des. α).

3. PASSIO. *Inc.* In nomine ss. Trinitatis tres boni viri — *Des.* Multa quidem et alia per eos Dñus miracula ostendit. [7798

Act. SS. t. c. 40; 3ª ed. 39; || RESCHIUS, *Annales eccl. Sabionensis*, I. 225-27.

4. EPITOMAE.

ADO, 29 mai. — PETRUS DE NAT. V. 63.

Siviardus ab. Anisolensis, † 604 vel 683 vel 729. — Mart. 1.

VITA. *Inc. prol.* Fratres dd., Dñm omnipotentem, qui et in suis est — *Inc.* Nostro enim tempore exstitit haec nobis s. propago — *Des.* quem vere dilexit, cui est gloria... Amen. [7799

SURIUS, II (1571), 44-45; (1578), 41-42; III (1618), 22-23; III (1875), 15-18; || *Act. SS.* Mart. I. 66-67; 3ª ed. 65-66.

EXC. MABILLON, *Acta*, III, 1. 485-87; 2ª ed. 458-59.

Sixtus I papa m., † 126 (?). — April. 6.

1. * *Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 128; || ed. MOMMSEN, 11). — PETRUS DE NAT. IV. 33.

2. TRANSLATIO ALETRIAM AN. 1132. *Inc. prol.* Ingratitudinis degeneres filii — *Inc.* Dudum nutu Dei, absque cuius imperio — *Des.* et in bonis operibus prosperatur, ipsius annuente gratia... Amen. [7800

Act. SS. April. I. 907 (3ª ed. 897), n. 7-12; || *Ibid.* Mai VII, Danielis Papebrochii Paralipomena, 36-37, n. 6-11; 3ª ed. Propyl. Mai, Paralipomena, 36-37, n. 6-11.

Sixtus II papa m., † 258. — Aug. 6.

Vid. etiam **Laurentius** diac. m. Romae.

1. * *Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 155); || ed. MOMMSEN, 34-35).

2. PASSIO. a. *Inc.* Eodem tempore Decius Caesar et Valerianus praefectus iusserunt... in Tellude. Sixtus igitur apud Athenas natus et doctus — *Des.* Noctu etiam venerunt clerici... et sepelierunt b. Sixtum ep. et m. in crypta, in cimoeterio Calisti in eadem via.

Sanctos vero Felicissimum et Agapitum... in cimoeterio Praetextati sub die VIII id. aug. (*al. add.* regnante... Amen). [7801

MOMBRITIUS, II. 357-58; || SURIUS, IV (1573), 584-86; (1579), 610-12, c. 8-14; VIII (1618), 95-96, c. 8-14; VIII (1877), 233-36, c. 8-14; || *Act. SS.* Aug. II. 140-41.

Est haec Passio pars media longioris libelli, de quo vid. supra, s. v. **Polychronius**. Ubi vero, quod plerumque accidit, pars illa seorsim exscripta est in Legendariis, saepe pauca quaedam in initio vel addita, vel mutata sunt, v. g.

α) *Inc.* " Decius caes. et Valer. praef. aliquando iusserunt... " [7802

β) *Inc.* " In diebus illis (*vel* Tempore illo, *vel* In tempore illo) Decius... " *etc. ut* 2 a. [7803

γ) *Inc.* " Magnas martyrum praeclarasque virtutes... explicet sermo. Decius... " *etc. ut* 2 a (ita v. g. MOMBRITIUS). [7804

δ) *Inc.* " Orta persecutionum tempestate sub Decio... finitoque Persico bello, venientes Romam Decius... " *etc. ut* 2 a (ita v. g. in *Act. SS.*). [7805

ε) *Inc.* " Tempore quo, Galba mortuo, Decius a Babylonia Romam rediit et... coronavit, eodem tempore... " *etc. ut* 2 a (cf. v. g. *Catal. Brux.* I. 36, 68°; *Catal. Paris.* III. 51, 26°; *Anal. Boll.* XVII. 74). [7806

ζ) *Inc.* " Exorta malignitate paganorum... tenti sunt Xystus... Itaque hoc cognito Decius caesar... " *etc. ut* 2 a (cf. *Catal. Paris.* I. 470, 71°). [7807

η) *Inc.* " Tempore illo quo saeviente diabolo in humanum genus " *etc. etc...* (cf. *Anal. Boll.* XI. 312-13, 52°). [7808

b. *Inc.* Magnas martyrum praeclarasque virtutes... explicat sermo. Nihil tamen... quae per se eminere noscuntur. Sixtus igitur, urbis Romae ep., Athenis natus et doctus — *Des.* α) *ut* 2 a. [7809

vel β) Rapuerunt autem christiani corpus eius et posuerunt illud in cimiterio Calixti via Appia die VIII id. aug., regnante... [7810

Exc. (ex recensione α) *Catal. Brux.* I. 14, 58°. — (ex recensione β) *Anal. Boll.* XI. 289-90.

c. *Inc.* Magnas martyrum praecelsasque virtutes *etc. ut* 2 b. — *Des.* in fide confortati sunt et Dño gratias egerunt, Patri... Amen. [7811

LAGARDE (P. A. DE), *Hippolyti Romani quae feruntur omnia graece* (Lipsiae, 1858), XIII-XVI.

d. *Inc.* Magna martyrum et praecelsa sunt testimonia quae... explicat sermo. Nihil *etc. ut* 2 b... noscuntur. Sixtus igitur *etc. ut* 2 a. — *Des. ut* 2 c. [7812

De qua recensione *Catal. Paris.* II. 60, 130°; III. 366, 24°.

3. EPITOMAE.

ADO, 6 aug. — VINC. BELLOV. XII. 92. — *Leg. aurea,* c. 114 (109). — PETRUS DE NAT. VII. 30.

Sixtus III papa, † 440. — Mart. 28.

1. GESTA DE XYSTI PURGATIONE ET DE POLYCHRONII EP. HIEROSOLYMITANI ACCUSATIONE. **I.** *Inc.* Valentiniano et Anatolio coss., Crescentio

quidam timens Deum — *Des.* Actum in basilica Heleniana. Hoc indiculum... collocavit. [7813

II. *Inc.* Erat quidam sacerdos nomine Polychronius — *Des.* et requievit in pace. [7814

**Conciliorum collectiones* inde ab edit. Petri CRABBE, an. 1538 (ed. Ph. LABBEUS et G. COSSARTIUS, III. 1265-83; || ed. MANSI, V. 1161-78); || BARONIUS, *Annales,* an. 433, XXXII-XXXV (sola pars I); || COUSTANT (P.), *Epistolae Romanorum pontificum,* I (Paris, 1721), appendix, 117-24.

2. * *Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 232-35; || ed. MOMMSEN, 96-100). — PETRUS DE NAT. VII. 31.

Sixtus et Sinicius episcopi Remenses, saec. I/III. — Sept. 1.

VITA. *Inc. prol.* Sanctorum laudes atque actus enarrare — *Inc.* Igitur eo tempore quo Diocletianus — *Des.* feliciter pervenire meruerunt; cui est honor... Amen. [7815

Act. SS. Sept. I. 125-27.

Sola = Sualo.

Sollemnis ep. Carnutensis, † ante 511. — Sept. 25.

1. INVENTIO (ALICUIUS S. SOLLEMNIS) APUD MALLIACUM SAEC. V VEL VI.

* GREG. TURON. *Glor. conf.* 21.

2. VITA. *Inc. prol.* Divinorum igitur miraculorum est intueri — *Inc.* Fuit quidem sacerdos merito, nomine et sanctitate Sollemnis — *Des.* introducat vos in regnum caelorum, cui est honor... Amen. [7816

Act. SS. Sept. VII. 68-70; 3ª ed. 62-64; || LEVISON (W.), in *Jahrbücher des Vereins von Altertumsfreunden im Rheinlande,* CIII (1898), 78-86.

Aliquando (cf. *Catal. Paris.* III. 324, 75°), omisso prologo, Vita ita *inc.* " Fuit quidam ven. vir, Carnotensium scilicet civis... " [7817

3. EPITOME.

HRABANUS MAURUS, *Martyrologium,* 24 sept.

4. VITA. *Inc. prol.* Sanctorum praeconia virorum — *Inc.* Fuit igitur praedictus vir merito *etc. ut* 2. — *Des.* sicque sepulchrum et merita sancti S., Dño permittente, innotuerunt, praestante... Amen. [7818

Act. SS. t. c. 72-75; 3ª ed. 66-69. — Inserta est in hoc libello, n. 17-19, narratio 1.

5. VITA, TRANSLATIO ET MIRACULA. I. VITA. *Inc. prol.* In s. ecclesiae matris nostrae aedificatione — *Inc.* Hic igitur et gloriosus et tantis praeconiorum clamoribus extollendus — *Des.* mirificum demonstrare non desistit, ad laudem... Amen. [7819

Exc. *Act. SS.* t. c. 64-65 (3ª ed. 59-60), n. 12-16. — Cf. *Catal. Paris.* II. 251, 30°.

II. INVENTIO MALLIACI. TRANSLATIO BLESAS. *Inc. prol.* Salutare indicium est catholicae devotionis — *Inc.* Multorum post eius obitum

labentibus annorum curriculis — *Des.* in loco orationis reposuit. In quo florent orationes eius... Amen. [7820

Exc. *Gregorii Turonensis opera,* ed. RUINART, 1400, A-C; || *P.L.* LXXI. 844, not. *g* (ex parte I). — *Act. SS.* t. c. 75-77; 3a ed. 69-70 (tota pars II). — Cf. *Catal. Paris.* II. 251-52, 31° et 32°.

III. MIRACULA. *Inc. prol.* Fragilitati humanae difficile est — *Inc.* Igitur dum quadam die Richardus Verdunensis coenobii ven. abbas — *Des.* abire praecepit. [7821

Act. SS. t. c. 77-80; 3a ed. 71-74 (desunt quaedam, de quibus *Catal. Paris.* II. 252, 33°).

Exc. MABILLON, *Acta,* VI, 1. 534; 2a ed. 469-70.

Solongia v. m. in agro Bituricensi, saec. IX (?). — Mai 10.

VITA (ANTIQUA?). *Inc.* S. Solongia in Bituria in vico vocato in valle de Villemond — *Des.* se sentiunt exauditos, praestante... Amen. [7822

LABBE, *Bibl. mss.* II. 448-50; || *Act. SS.* Mai II. 589-91; 3a ed. 588-89.

Solus = **Sualo.**

Solutor m. leg. Theb. *Vid.* **Adventor.**

Sophia ep. Beneventanus = **Cadocus.**

Sophia (Sapientia) m. Romae. *Vid.* **Fides, Spes, Caritas.**

Sophia v. m. Sortini in Sicilia. — Sept. 23.

VITA. *Inc.* [B. Sophia ex illustri prosapia imp. Cpolitani]... [7823

(Mut.) CAIETANUS, *Vitae SS. Sicul.* I. 137-38. Genuina verba non repperimus.

Sorus erem. apud Petrocorios, saec. VI. — Febr. 1.

VITA. *Inc. prol.* Constat veterum fuisse morem — *Inc.* Hic igitur s. vir Sorus territorio ortus Arvernico — *Des.* Haec omnia tuae potentiae praeconia... Amen. [7824

LABBE, *Bibl. mss.* II. 667-74; || *Act. SS.* Febr. I. 199-204.

Exc. BOUQUET, III. 465-66.

Sosius diac. *Vid.* **Ianuarius,** *praesertim* 5, 7.

Soter papa, † 170 (?). — April. 22.

**Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 135; || ed. MOMMSEN, 16). — PETRUS DE NAT. IV. 73. — HILARION MEDIOLANENSIS, f. 28-28v.

Spanus m. in agro Turonico. *Vid.* **Maura** cum 9 filiis.

Speciosus mon. prope Tarracinam, saec. VI. — Mart. 15.

*GREG. MAGNUS, *Dial.* IV. 8 (*P.L.* LXXVII. 332-33); || *Act. SS.* Mart. II. 404; 3a ed. 398.

Sperandea (-dia), *al.* **Spera in Deo,** abb. Cingulana, 1276/77. — Sept. 11.

1. VITA. *Inc.* In Dei nomine. Amen. Cum b. Spera in Deo esset circiter 9 annorum — *Des.* exaudivit eam, et reddidit eis lumen. [7825

SARTIUS (M.), *De episcopis Eugubinis* (Pisauri, 1755), CIX-CXV.

2. VITA. *Inc.* B. Spera in Deo in Eugubii civitate ex honestis parentibus orta est — *Des.* pristinam videndi virtutem receperunt. [7826

Act. SS. Sept. III. 901-3.

3. VITA. *Inc.* Deus omnipotens, qui ab aeterno praedestinavit electos — *Des. ut* 2. [7827

EXC. *Act. SS.* t. c. 893, n. 15; cf. 891, n. 6.

4. MIRACULA AN. 1277 ET 1278 (TESTIMONIA AUTHENTICA).

Act. SS. t. c. 906-7, n. 2-17. — SARTIUS, t. c. CXV-CXVIII.

Speratus et soc. mm. *Vid.* **Scillitani martyres.**

Spes ab. apud Nursiam, † cca. 513. — Mart. 28.

*GREG. MAGNUS, *Dial.* IV. 10 (*P.L.* LXXVII. 333-36); || MABILLON, *Acta,* I. 112; 2ª ed. 105-6; || *Act. SS.* Mart. III. 718; 3ª ed. 713.

Speusippus, Eleusippus, Meleusippus tergemini et soc. mm., culti apud Lingonas. — Ian. 17.

1. PASSIO. *Inc.* Tres pueri fratres quasi tres rosae ex una virga natae — *Des.* Turbon autem scribens victorias confitentium Dñum... martyrium perpessus est. Passi sunt... Amen. [7828

Act. SS. Ian. II. 74-76; 3ª ed. 438-40 (quae ibi deerant suppleta sunt *Anal. Boll.* II. 378-80); || BOUGAUD, *Étude hist. et crit. sur la mission, les actes et le culte de S. Bénigne* (Autun, 1859), 465-74.

2. PASSIO AUCT. WARNAHARIO. *Inc. prol.* Sancto... dño Ceraunio papae... Praecipuis bb. episcoporum personis — *Inc.* Gloriosa martyrum certamina... procul dubio confitemur. Igitur ss. tres gemini fratres S. E. et M. cum quantis — *Des.* Turbon quoque non post multum... martyrii est remuneratione locupletatus. Acta sunt haec sub Aureliano... Adinventio (*al.* At inventio) ss. corporum... Amen. [7829

Act. SS. t. c. 76-80; 3ª ed. 440-44; || *P.L.* LXXX. 185-96. — (**Mut.**) SURIUS, I (1570), 376-81; (1576), 392-97; (1618), 265-68; (1875), 372-80.

EXC. (prologus) DUBOIS (G.), *Historia ecclesiae Parisiensis,* I (1690), 141; || GUNDLACH (W.), in *MG.* Epist. III. 457.

3. PASSIO. *Inc.* Gloriosa certamina martyrum... procul dubio profitemur. Tempore Aureliani imp. in civitate Lingonis fuerunt tres fratres — *Des.* Turbon autem scribens victorias confessionis eorum ... palmam non post multum ... promeruit. Acta sunt haec *etc. ut* 2. [7830

De qua *Catal. Brux.* II. 291-92, 58°.

4. EPITOMAE.

ADO, 17 ian. — VINC. BELLOV. XII. 109, 110; || MOMBRITIUS, II. 270-71; || FABER STAPULENSIS, *Agones mm.* f. 30ʳ-31ᵛ. — PETRUS DE NAT. II. 93.

Spinulus mon. Mediani monasterii, saec. VII extr. — Nov. 5.

De eo vid. in Vita 3 S. **Hildulfi**; vid. etiam RICHERUS, *Gesta Senoniensis eccl.* I. 13, 14, al. 12, 13 (cf. **Hildulfus, 4,** I).

Spyridon (-dion) ep. Trimithuntis, saec. IV in. — Dec. 14.

1. NARRATIO. *Inc.* Tempore Constantini perspeximus fuisse S-onem Tremithundum ep., ad cuius virtutem demonstrandam — *Des.* sicut sermo divinus edocuit. Haec quidem de S-one dicta sufficiant. [7831

De qua *Catal. Paris.* III. 333. — Est haec, primis verbis mutatis, ipsa narratio CASSIODORI, *Hist. tripart.* I. 10 (*P.L.* LXIX. 895-96).

2. EPITOMAE.

VINC. BELLOV. XIV. 65. — PETRUS DE NAT. I. 66.

Stanislaus ep. Cracoviensis m., † 1079. — Mai 7.

1. VITA AUCT. ANONYMO ORD. PRAED. *Inc.* B. igitur Stanislaus, ut annales principum Poloniae — *Des.* sacerdotium prophanavit. [7832

POLKOWSKI (I.), *Legenda minor de S. Stanislao mart. et pont...* " opere autographico paucis exemplaribus ed. „ ([Cracoviae], 1882), f. 2-41ᵛ; || KĘTRZYNSKI (W.), in *Mon. Pol. hist.* IV. 253-85.
EXC. PERLBACH (M.), in *MG.* Scr. XXIX. 504-6.

2. MIRACULA ANTE MED. SAEC. XIII (EX PROCESSU CANONIZATIONIS).

(Miracula 7-46; desunt vero prima et ultima) KĘTRZYŃSKI, t. c. 292-318.
EXC. PERLBACH, t. c. 506-7.

3. VITA AUCT. THOMA ORD. PRAED. *Inc. prol.* Gloriosi martyris s. S-i ep. Cracoviensis vitae processum — *Inc. pars I.* B. Stanislaus, ut annales gestorum Poloniae — *Des.* et in aeternae quietis littore collocavit, praestante... Amen. [7833

Inc. pars II. Quodam tempore s. Stanislaus ep. — *Des.* qui vocatus est a Deo tamquam Aaron, cui sunt haec reposita. [7834

Inc. pars III. Post passionem b. S-i, cum iam anni decimi — *Des.* ad regnum aeternum, cui honor... Amen. [7835

KĘTRZYŃSKI, t. c. 362-438.
EXC. BIAŁECKI (A.), *Rękopisma Długosza w Petersburgskich bibliotekach* (Petersburg, 1860), 110-11. — PERLBACH, t. c. 508-17.

4. VITAE 3 EPITOME. **a.** *Inc. praeambula.* Tradunt annales Polonorum historiae, quod Mesco — *Inc.* Stanislaus secundum saeculi dignitatem non solum fuit — *Des.* Laetetur et universorum mater ecclesia... ad regnum aeternum, cui honor... Amen. [7836

Inc. appendix (*De morte Bolezlavi*). Quia vero scriptum est de electis — *Des.* cui haec sunt deposita. [7837

BANDTKIE (I. W.), *Martini Galli chronicon* (Varsoviae, 1824), 321-80. — Var. lect. KĘTRZYŃSKI, t. c. 350-51.

b. *Inc. ut* 3, *pars* I. — *Des.* Et sic tota domus Boleslai corruit iusto Dei iudicio. [7838

Legende sanctorum regni Hungarie, s. l. a. (HAIN, 9996), sign. a.4-a.7v; || *id.* Venetiis, 1498 (HAIN, 9998), f. 4-7; || *id.* (Venetiis, 1512), f. 4-7.

5. VITA ET MIRACULA AUCT. IOHANNE DLUGOSSIO (*al.* LONGINI), libris 3. I. *Inc. epist.* Excellenti et rev. patri dño Sandiwogio de Czechel... Subierat superioribus diebus animum — *Inc. prol.* Si tanta foret mihi stili virtus — *Inc. lib. I.* Notam facturus Dñus filiis hominum potentiam suam — *Des. lib. III.* auro mundissimo contecta est. — *Inc. epil.* Haec sunt, vir spectabilis — *Des.* atque impigre sum exsecutus. Iterum vale. Datum Cracoviae... anno Dñi MCCCCLXV. [7839

II. RESPONSUM SANTHKONIS DE CZECHEL. *Inc.* Spectabili venerandoque dictatori dño Iohanni Longini... Accuratissimum tuae dignationis animum — *Des.* Datum in coenobio Clodaviensi... MCCCCLXVI. [7840

III. MIRACULA A IOHANNE ADDITA. *Inc.* Barthossius quidam, Vincentii Volha filius — *Des.* usque ad unum rehabuit. [7841

Vita bb. Stanislai Cracoviensis ep. (Cracovie, 1511), f. 1-90; || DOBIELOWICZ (S.), *Decus Polonorum S. Stanislai ep. Cracoviensis et m. Vita olim a Iohanne Dlugossio... edita... nunc iterum... latini idiomatis asperitate nonnihil castigata... in lucem prodit* (Cracoviae, 1666), 1-348 et 375-76 (omissa in I parte epistula et prologo libri primi; omissa etiam tota parte II; quaedam verba passim mutavit editor); || *Act. SS.* Mai II. 202-75; 3a ed. 201-72; || POLKOWSKI (I.) et ZEGOTA PAULI, inter *Iohannis Dlugossii opera omnia* cura Alexandri PRZEZDZIECKI edita, I (Cracoviae, 1887), 1-181. — (Mut. et multum contracta) SURIUS, VII (1581), 383-97; III (1579), 143-56; V (1618), 99-107; V (1876), 167-89.

6. EPITOME (ANTIQUA ?). *Inc.* [Stanislaus in Cracoviensi territorio ex honestis parentibus ortus est] — *Des.* [Anno autem II exsilii sui rex impius... miserrime decessit e vita]. [7842

(Mut.) SURIUS, II (1571), 631-35. — Exemplar genuinum non repperimus.

7. EPITOME (ANTIQUA?). *Inc.* Stanislaus Scepanovius Polonus, de nobili Prussorum familia — *Des.* benedixitque Deus novissimis S-i magis quam principio eius. [7843

Act. SS. t. c. 200-202; 3a ed. 199-201.

Stanislaus canon. regul. Casimiriensis prope Cracoviam, † 1489. — Mai 3.

MIRACULA. *Inc.* Regina uxor Clementis Nigri — *Des.* et votum suum adimplevit. [7844

Act. SS. Mai I. 781-91; 3a ed. appendix, 28*-37*.

Stephanus I papa m., † 257. — Aug. 2.

1. PASSIO. **a.** *Inc.* Temporibus Valeriani et Gallieni multi christianorum declinantes saevitiam tyrannorum occultabantur — *Des.* ordinaverunt in locum b. S-i ep. et m. Sixtum ep. IX kal. sept., Valeriano III et Gallieno II coss., apud nos autem regnante... Amen. [7845

MOMBRITIUS, II. 272^{v}-75^{v}; || BARONIUS, *Annales*, an. 259, XXI-XXX; an. 260, III-V (quibusdam mutatis, nonnullis omissis); || SURIUS, VIII (1618), 26-27; || *Act. SS.* Aug. I. 139-44. — **Var. lect.** *Catal. Brux.* I. 216, 53°.

b. *Inc.* Tempore Valeriani et Gallieni multi christianorum cruciabantur — *Des.* In quo loco multa praestantur beneficia... [7846

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 396^{d}-98^{b}; || *id.* (Lovan. 1485), f. 228-30.

2. EPITOMAE.

* *Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 154; || ed. MOMMSEN, 33). — ADO, 2 aug. — * FLODOARDUS, *De Christi triumphis apud Italiam*, v. 1 (*P.L.* CXXXV. 673-676). — VINC. BELLOV. XII. 60. — *Leg. aurea*, c. 111 (106). — PETRUS DE NAT. VII. 11 (ibid. 12 et 13 de Stephano II et de Stephano III).

3. TRANSLATIO AD COENOBIUM COLUMNENSE PROPE TRANUM AN. 1160. *Inc. prol.* De fonte divinae misericordiae — *Inc.* Quidam huius oratorii monachus — *Des.* detulit corpus sanctum. Et hoc factum est ad honorem... Amen. [7847

Act. SS. t. c. 131-33, n. 88-96.

Stephanus diac. protomartyr. — Dec. 26, Aug. 3.

1. VITA. *Inc.* In diebus illis crescente numero discipulorum... [7848

* *Actus apostolorum*, c. VI sqq.

2. VITA. *Inc.* Temporibus Caesaris regis urbis Iudaeorum cum esset de patrociniis Romanorum — *Des.* et collocet eum inter agmina sanctorum, qui vivit... Amen. [7849

Bibl. Casin. III. Floril. 36-38.

3. REVELATIO SEU INVENTIO AN. 415, AUCT. LUCIANO PRESB. **a.** (INTERPRETE AVITO PRESB. BRACARENSI). *Inc. epist. Aviti.* Beatissimo... papae Palchonio... Memores esse mei vos cupio... [7850

Inc. Lucianus misericordia Dei indigens... sanctae ecclesiae et omnibus sanctis... <Visio> quae (*al.* Quod) apparuit meae pusillitati a Deo ter de revelatione — *Des.* quem periclitanti saeculo aperire dignatus est I. C. Dñus N., qui cum Patre... Amen. [7851

a) VLIMMERIUS (I.), *D. Aurelii Augustini Hipp. ep. sermonum pars una* (Lovanii, 1564), f. 187^{v}-90; || SURIUS, IV (1573), 469-73; (1579), 502-6; VIII (1618), 31-33; VIII (1877), 99-105; || *Opera divi Aurelii Augustini*, ed. theologi Lovanienses, X (1576), 630-32, et inde saepius; || BARONIUS, *Annales*, an. 415, III-XVI; || *S. Aurelii Augustini... opera*, ed. Maurin. VII (1685), appendix, 1-11; || *P.L.* XLI. 805-16.

β) (deest epist. Aviti; ipse libellus iisdem ferme verbis *inc.* et *des.*, sed multa passim diversa sunt) Mombritius, II. 271-72v.

Aliquando (cf. *Catal. Brux.* II. 459, 8°) praecedit brevis prologus, qui *inc.* " Sanctorum Christi sollemnia... „ [7852

b. *Inc.* Lucianus *etc. ut* 3 a... Revelationem s. S-i, quae mihi per gratiam Dñi... ostensa est — *Des.* Et ideo orate... adiutus bb. mm. S-i meritis et vestris orationibus, regnante... Amen. Inventae sunt reliquiae bb. Stephani III non. aug. [7853

Augustini opera, ed. Maurin. l. c. 4-12; ‖ *P.L.* t. c. 808-18.

Aliquando (cf. adnotata in edit., tum etiam *Anal. Boll.* XI. 312, 51°) est aliqua varietas, etiam in initio et in fine libelli. In quibusdam nempe exemplaribus *inc.* " Dño sancto et ven. Hymesio (*al.* Geņesio) ep... Lucianus... Revelationem quae mihi ostensa est... „ [7854

et *des.* α) " Quod cum susceperitis, orate... meritis b. primi m. S-i. Et vos mementote... et... diligite, praestante... Amen. „ [7855

vel β) ... adiutus bb. S-i meritis et vestris orationibus. Mementote itaque... et diligite. Dignus est enim... metet vitam aeternam in Christo Iesu Dño N., qui vivit... Amen. [7856

Alibi tamquam prologus exscripta sunt capitula 46 et 47 Gennadii *De scr. eccl.* (ubi nempe de Luciano et de Avito).

4. Translatio Constantinopolim, interprete Anastasio Bibliothecario. *Inc. epist. Anastasii.* Landulfo egregio... ep. Capuano... Quia s. ecclesia, cui venerabilitas tua... [7857

Inc. Factum est cum esset reconditum corpus s. S-i — *Des.* in quo posuit loculum cum omni cautela. Sanitates autem et virtutes factae sunt super infirmos in diebus illis, in gloriam Patris... Amen. [7858

Mombritius, II. 263v-64v (deest epistula Anastasii); ‖ Vlimmerius, t. c. 201v-203 (deest eadem); ‖ *Augustini opera*, ed. theol. Lovan. t. c. 639-40 (deest eadem); ‖ Surius, VIII (1618), 42-43 (deest eadem); ‖ *Augustini opera*, ed. Maurin. l. c. 11-16; ‖ *P.L.* t. c. 817-22. — **Var. lect.** *Catal. Paris.* I. 374, 5°.

5. Miracula facta in insula Minorica cca. an. 418, auct. Severo ep. Minoricensi. *Inc. prol.* Ss. ac bb. dñis episcopis... Cum Dei opera revelare et confiteri — *Inc.* Insula Minorica una ex Balearibus insulis est — *Des.* ut universus orbis terrarum caritatis flagret incendio. [7859

Baronius, *Annales*, an. 418, xlv-lxxii; ‖ *Augustini opera*, ed. Maurin. l. c. 15-24; ‖ Roigius (A.), *De sacris apud Minorem Balearem antistitibus* (Palmae Balearium, 1787), 101-36; ‖ *P.L.* XX. 731-46, et iterum XLI. 821-32.

6. Miracula facta Uzali cca. an. 420, scripta iussu Evodii ep. Uzal., libris 2. I. *Inc. prol.* Quoniam S. Raphael archangelus nos adhortari dignatur — *Inc. lib. I.* Cum igitur adhuc nullus saltem rumor esse potuisset — *Des.* divina misericordia possimus impetrare, per Christum... Amen. [7860

II. *Inc. prol.* Bene mecum recolit sanctitas vestra — *Inc. lib. II.* Carthaginensis civitatis quaedam fuit — *Des.* quam cum fastidio religiosis pectoribus commendare. [7861

Vlimmerius, t. c. f. 190-201v; || *Augustini opera*, ed. theol. Lovan. t. c. 632-39; || Surius, VIII (1618), 33-42; || *Augustini opera*, ed. Maurin. l. c. 25-32; || *P.L.* XLI. 833-54.

Exc. Dobschütz (E. von), *Christusbilder* (1899), Belege, 115*-17*.

Est ubi sequatur brevis epilogus (ed. *Catal. Paris.* I. 374, 3°; || *ibid.* II. 598, 4°): " Alia vero quae singulorum quo(rum)que... digeremus. „ [7862

7. Miracula facta in Africa, auct. S. Augustino. **I.** *Inc.* Ad aquas Tibilitanas episcopo afferente Praeiecto reliquias martyris — *Des.* α) rem quaerentes latere non desinit. [7863

vel β) qui et illa, quae legimus, fecit. [7864

vel γ) pro qua Stephani sanguis effusus est. [7865

vel δ) martyres, id est huius fidei testes, fuerunt. [7866

vel ε) non repugnando, sed moriendo vicerunt. [7867

* Augustinus, *De civitate Dei*, lib. xxii, capitis 8, § 10-19 et 21ae initium (des. α vel β), — vel § 10-22 (des. γ); — vel insuper additum est capitis 9 initium (des. δ, ε). — Ita plerumque in Legendariis.

II. *Inc.* De miraculis Dei per orationes bb. martyris — *Des.* orationes s. S-i praestiterunt. Conversi ad Dñm... [7868

III. *Inc.* Diximus quidem hesterno die — *Des.* et vobis die crastino recitabitur. [7869

IV. *Inc. prol.* Hesterno die libellum promisimus — *Inc. libellus a Paulo datus.* Rogo, dñe bb. papa Augustine... Cum adhuc in patria nostra Caesarea — *Des.* et pro me agere Deo gratias. [7870

V. *Inc.* Misericordia quidem Dei, ff., sicut credendum est — *Des.* maledicta mater illa. Conversi ad Dñm... [7871

VI. *Inc.* Debet a nobis hesternus sermo compleri — *Des.* et tamen huc nobis directi sunt. Conversi ad Dñm... [7872

* Augustinus, sermones 320-324, al. de diversis 29-33, al. 92-96 (Vlimmerius, t. c., f. 182-84; || *Augustini opera*, ed. theol. Lovan. X. 444-45; || *Augustini opera*, ed. Maurin. V. 1275-80; || *P.L.* XXXVIII. 1442-47.

8. Translatio brachii Vesontionem ante med. saec. V **A.** Translatio. *Inc.* Anno dñicae inc. ccxliii, postquam Diocletianus — *Des.* de quibus volenti scire est invenire facile. [7873

(Partim) Chiffletius (I. I.), *Vesontio* (1618), II. 101-4; — (reliqua vero) *Catal. Brux.* I. 75-76, c. 1-6. — Sed et quae leguntur *ibid.* 76, c. 4, 5, iam magnam partem ediderat Chiffletius, t. c. 38.

B. Miracula. **I.** *Inc. prol.* Memoriam fecit mirabilium suorum — *Inc.* Tempore Protadii archiep. surrexerunt quidam de synagoga — *Des.* obdormiamus tecum in pace, adiuvante Dño... Amen. [7874

II. *Inc.* Aliud miraculum... Erat quidam vir in provincia Catalaunorum — *Des.* dignatus est subtrahere, cui est honor... Amen. [7875

III. *Inc.* Est et aliud... Fuit igitur vir Lambertus nomine — *Des.* ad augmentum suae gloriae liberari constituit, cui laus... Amen. [7876

(Partim) CHIFFLETIUS, t. c. 133-37; — (reliqua vero) *Catal. Brux.* I. 76-80, c. 7-13. — Cf. *Catal. Brux.* II. 407, 8° et 9°; 459-60, 11°, 12°, 13° et 17° η.

C. EPISTULA HENRICI EP. VESONTIONENSIS. *Inc.* Henricus Dei gratia Chrysopolitanus archipraesul... Rogatus vestrae fraternitati transcribere — *Des.* et unus in ipso. [7877

Catal. Paris. II. 599; ‖ SAUERLAND (H. V.), in *Jahr-Buch der Gesellschaft für lothringische Geschichte und Altertumskunde*, IX (1897), 95-96.

. **9.** TRANSLATIO ROMAM POST MED. SAEC. VI. **a.** (ADSCRIPTA LUCIO ARCHIDIAC.). *Inc. prol.* Quamvis sanctorum mors in conspectu hominum — *Inc.* Tempore in illo Theodosii imp. filia Romae graviter a daemonio torquebatur — *Des.* quia ibi eorum florent orationes et florebunt in saecula saeculorum. Amen. [7878

ADDITAMENTA. I. (*clausula brevis*). Translatum est autem corpus... Quod annuat nobis Christus... Amen. [7879

II. (*Versiculi*). Hic duo sanctorum sunt corpora... [7880

EXC. MAI, *Spicil. Rom.* IV. 285-88. — Cf. BANDINIUS, *Catal. cod. lat. bibl. Mediceae Laurentianae*, I, 609, LVII; ID. *Bibl. Leopoldina Laurentiana*, II. 279, LXXI; *Anal. Boll.* XVII. 95.

Aliquando, omissis primis sententiis, *inc.* "Sanctorum patrocinia ubique locorum summopere veneranda sunt..." [7881

b. (AUCT. BRUNONE EP. SIGNIENSI). *Inc. prol.* Totius veritatis auctorem — *Inc.* Temporibus igitur Theodosii imp. cum apud Bizantium — *Des.* α) Hic duo sanctorum requiescunt... per saecula cuncta. Haec autem Lucius... conscripsit. Amen. [7882

vel β) *ut* α, *sed add.* Quae et nos rogatu dñi Theodini... latius aliquantulum digessimus. [7883

vel γ) Hic duo... per saecula cuncta. Taceat igitur iam nunc argumentosa Graecorum loquacitas *etc. etc...* donaria ibi fecit. Haec autem Lucius... conscripsit. Quae et nos Bruno Segnensis ep. rogatu dñi Theodini... digessimus. Translatum est *etc. ut in* 9 a, I. [7884

Catal. Brux. I. 70-74 (des. α). — Cf. *Catal. Brux.* II. 309, 97° (clausula β); *Catal. Paris.* I. 130 (clausula γ).

C. (EPITOME). *Inc.* Alexander senator Cpolis — *Des.* uno claudis mausoleo. Facta est ista coniunctio cca. an. Dñi DLXX(V). [7885

Cf. *Catal. Brux.* II. 316, 2° (2°); 324, 4°.

10. MIRACULA AUCT. GREGORIO TURON. I. *Inc.* Stephanus autem primus vel diac. — *Des.* sicut reliqueram, obseratam. [7886

II. *Inc.* Pars enim sanguinis... Quidam autem tempore Felicis episcopi — *Des.* virtus beati perpatuit. [7887

III. *Inc.* Apud Burdegalinsim autem urbem anus quaedam — *Des.* Haec autem ab ipsius episcopi relatu cognovimus. [7888

*GREG. TURON. *Glor. mart.* 33 (34).

IV. *Inc.* Cimeterium igitur apud Agustidunensim urbem — *Des.* a saeculo commigravit. [7889

*GREG. TURON. *Glor. conf.* 72 (73).

11. TRANSLATIO SANGUINIS AD MONASTERIUM S. TRUDONIS ET MIRACULUM ANTE MED. SAEC. XI. *Inc. prol.* Cum magnam b. protomartyri S-o reverentiam — *Inc.* Cum ex sterilitate terrae, aiunt, fames — *Des.* dummodo debita reverentia diligenter tractetur. [7890

Anal. Boll. V. 343-45, 65*.

12. TRANSLATIO CORPORIS VENETIAS AN. 1100. **I.** *Inc. prol.* Cum de sanctorum dictis vel gestis aliquid scribimus — *Inc.* Cum itaque protomartyris corpus in Sion sancta esset depositum — *Des.* et Tribuno abbate... curam sibi traditam agente, regnante... Amen. [7891

CORNELIUS (Flam.), *Eccl. Venet. illustr.* VIII (1749), 96-110.
EXC. CAPPELLETTI, *Chiese,* IX. 552-53.

II. (MIRACULA). *Inc. prol.* Clare iam audientibus patere — *Inc.* Confluentibus itaque populis — *Des.* corde et ore benedicimus. [7892

CORNELIUS, t. c. 110-19.

III. (MIRACULUM). *Inc.* Dum passim divulgaretur — *Des.* ut hodie quoque evidentissime cernitur. [7893

CORNELIUS, t. c. 123.

13. TRANSLATIO RELIQUIARUM CLUNIACUM AN. 1120. *Inc.* Vere mirabilis vereque gloriosus Deus... Vir namque ven. Edessenus archiep. — *Des.* Habe(s) igitur, Cluniace, pignus pretiosum... Amen. [7894

MARRIER et DUCHESNE, *Bibl. Clun.* 565-68; ‖ *Rec. hist. crois.* Occid. V. 317-20.

14. TRANSLATIO MANUS AD COENOBIUM ZWIFALTENSE AN. 1141. *Inc.* Temporibus Heinrici IV imp. — *Des.* venientes contigit videre. [7895

SCHNEIDER (E.), *Die Zwiefalter Annalen und Ortliebs Chronik* (= WÜRTTEMBERGISCHE GESCHICHTSQUELLEN, III. 1889), 49-51.

15. INVENTIO CORPORIS ROMAE AN. 1447. *Vid.* **Laurentius** diac. m. Romae, 26.

16. EPITOMAE.

(Longiores narrationes, quae hic paucioribus contractae proferuntur, numeris crassioribus intra uncinos subiectis indicamus).

ADO, *De festiv. apost.* (**1**). — ADO, 3 aug. (**3**). — VINC. BELLOV. VIII. 71 (**1**); XX. 7 (**3**), 8-10 (**7** I). — *Leg. aurea,* c. 8 (**1** et **7** I); c. 112, al. 107 (**3** et **7** I, **4**, **9**). — PETRUS DE NAT. VII. 15 (**3**). — PETRUS DE NAT. IV. 139: ‖ *Act. SS.* Aug. II. 528-29. n. 41-43 (**9**). — *Legende sanctorum regni Hungarie,* s. l. a. (HAIN, 9966), sign. b.4-b.5ᵛ; ‖ *id.* Venetiis, 1498 (HAIN, 9998), f. 11ᵛ-13; ‖ *id.* (Venetiis, 1512), f. 11ᵛ-13 (**3**).

Stephanus ep. Aptensis, † 1046. — Nov. 6.

VITA. *Inc.* Fuit igitur praefatus pontifex S. natione Gallicus — *Des.* sepulcro condidimus. Migravit... VIII id. nov., regnante... Amen. [7896

Exc. BÉDOS (L.), *Vie de S. Étienne d'Agde, évêque d'Apt* (Montpellier, 1898), 75 : cf. etiam subinde in notis ad p. 1-54. — ALBANÈS, *Gallia christiana novissima,* I. Province d'Aix (Montbéliard, 1895), 216, not. 1-3; 218, not. 5.

Stephanus ep. Calatinus, † 1023. — Oct. 29.

1. VITA (ANTIQUA?). *Inc.* Temporibus igitur Landulfi eximii principis — *Des.* et obdormivit in Dño. [7897

MONACHUS (M.), *Sanctuarium Capuanum* (1630). 177-78; || *Act. SS.* Oct. XIII. 10.

2. MIRACULA (ANTIQUA?). *Inc.* Quodam die celebratis ab ipso resurrectionis dñicae — *Des.* effugavit. Haec sufficiat... exscripsisse. [7898

Act. SS. t. c. 10-11.

Stephanus presb. Cpoli ad S. Antipae, † 912. — Nov. 20.

PETRUS DE NAT. X. 86.

Stephanus ep. Diensis, † 1208. — Sept. 7.

1. VITA RHYTHMICA. *Inc.* O mira principia sanctitatis exordia — *Des.* Stephanus noster patronus pro nobis sit precator. Amen. [7899

Act. SS. Sept. III. 186-87.

2. VITA. *Inc. prol.* B. Stephani Vitam eremi quondam incolae Portarum brevissimo stilo rhythmice — *Inc.* Lugduni, quae est provinciae Galliarum civitas — *Des.* quae... fuerat cum dolore provecta. [7900

APPENDIX. *Inc.* Quaedam etiam mulier, quae per spatium — *Des.* quos informavit exemplis et confirmavit miraculis. Amen. [7901

Act. SS. t. c. 187-94. — (**Mut.** : desunt prol. et appendix) SURIUS, V (1574), 103-8; (1580), 128-33; IX (1618), 85-88; IX (1878), 184-92.

3. MIRACULA (EPISTULA IOHANNIS EP. VIENNENSIS ET SUFFRAGANEORUM AD GREGORIUM IX). *Inc. prol.* Ss. patri ac dño Gregorio... Quas gratias et quas laudes referamus — *Inc.* Die itaque praesenti, qua dictus S. sepultus fuerat — *Des.* praemium sempiternum. Datum Viennae III non. mai anno Dñi MCCLXI (*immo* MCCXXXI). *Sequuntur nomina :* Iohannes... [7902

COLUMBI (I.), *Opuscula varia* (Lugduni, 1668), 342-53; || *Act. SS.* t. c. 194-201; || *Gallia christ.* XVI (1865), instrum. 202-12.

4. VITA ET MIRACULA. *Inc. prol. et Inc. ut in 2.* — *Des.* quos informat exemplis, miraculis confirmavit, praestante Dño... Amen. [7903

De quo libello cf. *Catal. Brux.* I. 188-89, 3°.

Stephanus institutor Ord. Grandimontensis, † 1124. — Febr. 8.

1. DICTA ET FACTA AUCT., UT VIDETUR, HUGONE DE LACERTA. *Inc.* Hic breviter comprehenduntur... S. igitur Stephanus, ven. ordinis Grandimontensis institutor primus — *Des.* qui... meruit tanta mirabilia operari in terris, per eundem Dñm... Amen. [7904

Sequitur carmen, quod inc. Grandimonténsis fundator religionis — *et des.* quidquid fugit effugiebat. [7905

MARTENE et DURAND, *Vet. scr. ampl. coll.* VI. 1118-32; || *P.L.* CCIV. 1071-86. — Cf. *Catal. Paris.* II. 626, lin. 1, ubi carmen conscriptum dicitur a nescio quo Odone.

2. VITA AUCT. GERARDO ITERIO PRIORE GRANDIMONT. *Inc. prol. I.* Quoniam proprium est servorum — *Des.* propositum exsequimur. [7906

Inc. prol. II. Cum omnibus hominibus ad cognoscendum — *Des.* quia omnia possibilia sunt credenti. [7907

Inc. prol. III (*Gerardi*). Omnibus Christi fidelibus... Ne miremini, dilectissimi — *Inc. Vita.* Fuit igitur in Arverniae partibus homo quidam nobilissimus, nomine S., cuiusdam oppidi, quod dicebatur Tiernium seu Tiernas, dñus — *Des.* frater Guido hanc visionem fratribus revelare curavit. [7908

MARTENE et DURAND, t. c. 1045-87; || *P.L.* t. c. 1005-46. — Cf. *Catal. Paris.* II. 625, 1°.

3. REVELATIO ET MIRACULA AUCT. EODEM. *Inc.* Dum ordo Grandimontensium diu... prosperitate non modica perstitisset, ultimo anno papatus Lucii III — *Des.* facta in spatio parvi temporis. [7909

MARTENE et DURAND, t. c. 1087-1118; || *P.L.* t. c. 1045-72.

4. VITA EXCERPTA EX VITA 2. *Inc.* Fuit in Arverniae partibus homo quidam nobilis, S. nomine, de Tierno dñus — *Des.* pro cuius amore et meritis mihi Deus contulit sanitatem. [7910

LABBE, *Bibl. mss.* II. 674-82; || *Act. SS.* Febr. II. 205-11.

5. EPITOME LIBELLI 3. *Inc.* Cum ordo Grandimontensis diu... prosperitate non modica persisteret, Girardus VII prior — *Des.* ne verborum prolixitas vel audientibus sit odiosa. [7911

LABBE, t. c. 682-83; || *Act. SS.* t. c. 211-12.

6. EPITOMAE VITAE etc.

a. VINC. BELLOV. XXVI. 46-50. — **b.** PETRUS DE NAT. III. 120.

c. *Inc.* Stephanus Tierni sive Ternarum... vicecomes — *Des.* quam illum nostra suffragia. [7912

De qua *Catal. Paris.* II. 543.

7. BRACHIUM CANONICIS TIERNENSIBUS CONCESSUM AN. 1427. *Inc.* Universis Christi fidelibus... Nos Petrus... abbas... [7913

MARTENE et DURAND, t. c. 1132-34.

Stephanus, Benedictus et soc. mm. in Lucania. — Iun. 1.

INVENTIO ET PASSIO. I. INVENTIO AN. 1039. *Inc. prol.* Sanctorum miracula scribere satis est laudabile — *Inc.* Anno denique dñicae inc. MXXXIX, quo Deus est nostro corpore factus homo — *Des.* His ille auditis... ss. martyrum gloriosa certamina scribere est exorsus. [7914

II. PASSIO. *Inc. prol.* Conditor generis humani, qui caelum verbo firmavit — *Inc.* Temporibus Iustiniani imp. Narses patricius — *Des.* atque eorum gesta scribere praeceperunt; die vero kal. iun. passi sunt Christi martyres... Amen. [7915

De quo libello cf. *Act. SS.* Iun. I. 4.

Stephanus Muretensis = **S.** inst. Ord. Grandimontensis.

Stephanus ab. Obazinensis, † 1159. — Mart. 8.

1. VITA ET MIRACULA, libris 3. *Inc. prol.* Licet sanctorum gesta scribendi modo consuetudo non sit — *Inc. lib. I.* Igitur Stephanus Aquitanica regione, territorio Lemovico — *Des. lib. III* (*mutilus*) ne assiduam laesionem inferret | [7916

BALUZIUS, *Misc.* II. 69-204; ‖ inde seorsim BALUZIUS (St.), *Vita B. Stephani ab. Obazinensis* (Paris. 1683), 5-140; ‖ BALUZIUS, *Misc.* ed. MANSI, I. 149-79. — Desunt ubique quaedam inter cap. 44 et 45 libri II.

Exc. BOUQUET, XIV. 331-33. — (paulum mut. ?) MANRIQUE, *Cisterciensium seu verius ecclesiasticorum annalium* tomis I et II (1642), passim inde ab an. 1142, c. VI, ad an. 1159, c. III. — (ex MANRIQUE) *Act. SS.* Mart. I. 806-9 (3ª ed. 805-8) et passim in notis ad Vitam 2.

2. LIBELLI 1 EPITOME. *Inc.* Igitur Stephanus Aquitaniae regione *etc. ut* 1. — *Des.* et frumentum illud defecit. [7917

Act. SS. t. c. 800-806; 3ª ed. 799-805.

Stephanus ab. Reatinus, saec. VI. — Febr. 13.

*GREG. MAGNUS, *Homil. in Evangelia* 35, c. 7 extr., 8 (*P.L.* LXXVI. 1263-1264); ‖ *Act. SS.* Febr. II. 674, n. 3-5. — * GREG. MAGNUS, *Dial.* IV. 19 (*P.L.* LXXVII. 352); ‖ *Act. SS.* t. c. 674-75 (3ª ed. 674), n. 6, 7. — PETRUS DE NAT. III. 121.

Stephanus rex Ungariae, † 1038. — Sept. 2.

1. VITA (LEGENDA MAIOR). *Inc.* Omne datum optimum et omne donum perfectum... a patre luminum; neque enim quidpiam boni potest — *Des.* (*mutila? imperfecta?*) deinde monuit illos paterne fidem orthodoxam servare | [7918

MANCINI (A.), *Primi Hungarorum regis apostolici S. Stephani Vita* (Posonii, 1781), 7-41; ‖ ENDLICHER, *Rer. Hungar. monum. Arpadiana* (1849), 139-53; ‖ WATTENBACH (W.), in *MG.* Scr. XI. 229-239, lin. 14 (adiecta est ab editore ultima pars Vitae 4); ‖ FLORIANUS (M.), *Hist. Hung. Fontes*,

l. 10-27 med. (adiecta est ab editore ultima pars recensionis brevioris Vitae 4). — In codicibus, qui quidem reperti sunt, post ultima verba " fidem orthodoxam servare „ statim sequitur Vita 3.

2. Vita (*al.* " Cronica Ungarorum... „). *Inc.* Omne datum *etc. ut* 1... luminum. Huius patris datum optimum post passionem et gloriosam resurrectionem — *Des.* hunc carissimo diligebant affectu. (Amen dicant omnia.) [7919

[Kownacki (H.)], *Kronika węgierska na początku wieku XII...* (w Warszawie, 1823), 2-90 (praemisit editor praefationem Vitae 4); || Endlicher, t. c. 60-82 (praemissa est eadem praefatio); || Bielowski (A.), *Mon. Pol. hist.* I. 495-515.

Exc. Florianus, t. c. 70-79.

3. Vita (Legenda minor). *Inc. prol.* Cum intelligamus sanctorum merita — *Inc.* Itaque cum diu barbarica gens Hungarorum — *Des.* in theca argentea signaverunt. [7920

Mancini, t. c. 41-56; || Endlicher, t. c. 154-62; || Wattenbach, t. c. 226-229; || Florianus, t. c. 1-10.

Exc. *Act. SS.* Sept. I. 555, n. 441-42.

4. Vita auct. Hartvico ep. *Inc. prol.* Dño suo Colomanno regi... Incepturus opus, dñe mi — *Inc.* Omne datum *etc. ut* 1... luminum. Huius patris datum optimum et donum perfectum in omnes large proveniens — *Des.* ubi ipsum irradiat... splendor unius summaeque deitatis... Amen. [7921

Legende sanctorum regni Hungarie, s. l. a. (Hain, 9996), sign. c-c.8; || *id.* Venetiis, 1498 (Hain, 9998), f. 14-20; || *id.* (Venetiis, 1512), f. 14-20; || *Vita bb. Stanislai* etc. (Cracov. 1511), f. 110v-19; || *Act. SS.* t. c. 562-75; || [Wirth (I.)], *Vita S. Stephani regis Hungariae* (Iaurini, 1747), 176-97; || .... (Claudiopoli, 1749) [non vidimus]; || *Vita S. Stephani...* (Cassoviae, 1767), 341-76: || Pray (G.), *Dissertatio historico-critica de sacra dextera divi Stephani primi Hungariae regis* (Vindobonae, 1771), 115-71; || Podhradczky (I.), *Vita S. Stephani Hungariae proto-regis auctore Hartvico de Ortenburg* (Budae, 1836), 37-96; || Endlicher, t. c. 163-92; || *P.L.* CLI. 1207-34; || Érdy (J.), *Szent István első Magyar király' életirata* (Pesten, 1854), 1-41; || Florianus, t. c. 32-70. — (**Mut.**) Surius, IV (1573), 856-67; (1579), 773-83; VIII (1618), 243-49; IX (1878), 32-50; || [Bongarsius (I.)], *Rer Hung. scr. varii* (1600), 268-80; || Schwandtner (I. G.), *Scr. rer. Hung.* I. 413-28.

Exc. Endlicher, t. c. 70. — Wattenbach, t. c. 223, 229-38 passim in infimis pagellis; 239, lin. 14-242. — Florianus, t. c. 27 med.-32.

5. Epitome. *Inc.* Cum senuisset rex Atyla — *Des. ut* 4. [7922

Ketrzyński (W.), in *Rozprawy Akademii Umiejętności.* Wydzial histor.-filozof., ser. II, tom 9 (w Krakowie, 1897), 365-73.

Stephanus Ungarus m. Ord. Min., † 1282. *Vid.* **Conradus** de Saxonia.

Stephanus de Ungaria Ord. Min. m. in Sarai Tartarorum, † 1334. — April. 22.

1. PASSIO. *Inc. prol.* Ad Dei gloriam et honorem, ad exaltationem — *Inc.* Cum igitur frater S. praedictus accusatus vicario aquilonari fuisset — *Des.* cum timore et dolore recessit. Multa alia... [7923

Analecta Franciscana, III (1897), 515-24.

2. EPITOME.

BARTHOLOMAEUS DE PISIS, *De conformitate*, lib. I, conf. VIII, part. II (ed. Mediol. 1513, f. 70-70v).

Sturmius ab. Fuldensis, † 779. — Dec. 17.

VITA AUCT. EIGILE FULDENSI. *Inc. prol.* Assidue te amore divino accensam — *Inc.* Tempore quodam s. ac ven. archiep. Bonifatius — *Des.* ad Christum, cuius in perpetuum manet regnum. Amen. [7924

BROWERUS (Chr.), *Vita S. Sturmi primi ab. Fuldensis* (inter SIDERA GERM., Moguntiae, 1616), 5-24; || SURIUS, XII (1618), 284-90; || MABILLON, *Acta*, III, 2. 269-84; 2a ed. 244-57; || SCHANNAT (I. F.), *Historia Fuldensis* (1729), probat. 67-79; || PERTZ (G. H.), *MG.* Scr. II. 366-77; || *P.L.* CV. 423-444; || STRUNCK (M.), *Westphalia sancta*, ed. G. E. GIEFERS, II (1855), 33-55 (om. prol.). — Epitomen Vitae confecit GONONUS, *Vitae Patrum Occid.* 425-28.

EXC. DUCHESNE, *Hist. Franc. scr.* III. 377-79. — BOUQUET, III. 674; V. 428-429, 447-48. — DÜMMLER (E.), in *MG.* Epist. IV. 557.

Sualo (Sola, Solus) erem. in dioec. Eichstetensi, † 794. — Dec. 3.

VITA AUCT. ERMANRICO MON. ELLWANGENSI. *Inc. epist. I.* Dilectissimo in Christo Gundhrammo... Dum ubique urbanitate... — *Inc. rescriptum Gundrammi.* Caritate, quae Deus est, amato Ermanricho... Sane cum non ignorem... — *Inc. carmen.* Versus ab imo ordiar ego... — *Inc. epist. II.* Omni in arte celeberrimo dño Ruadolfo... Ex quo, pater ss., bonitatem ac doctrinam tuam... — *Sequuntur capitula.* [7925

Inc. prol. In paganorum itaque multorum panagericis — *Inc. Vita.* Igitur bb. caelicola apostolis... paene consimilis — *Des.* tali syllogismo subiaceat. [7926

CANISIUS, *Ant. lect.* IV, 2. 732-38 et 544-58; ed. BASNAGE, II, 2. 166-75; || SURIUS, XII (1618), 209-14 (ordine partium perverso); || MABILLON, *Acta*, III, 2. 429-38; 2a ed. 389-97 (omissis epist. I et carmine); || HOLDER-EGGER (O.), in *MG.* Scr. XV. 153-63.

EXC. GONONUS, *Vitae Patrum Occid.* 433-34. — PEZ, *Thes. anecd.* IV. XXVII (epist. I et carmen). — KHAMM (C.), *Hierarchia Augustana*, Auctarium partis I, prodromus, 13-16 (rescriptum Gundrammi et epist. II).

Suibertus = Swibertus.

Sulpitius Pius ep. Bituricensis, † 646. — Ian. 17.

1. Vita. a. *Inc.* S. igitur et (*al.* Tempore illo) bb. Sulpicius ep., dum... in domo paterna consisteret — *Des.* de infirmitate eorum sanati sunt. Dño ibi operante (*al.* Dñus ibi operatur) caeci inluminantur... Amen. [7927

Krusch (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. IV. 372-80 (recensio A).

b. *Inc. prol.* Ab initio usque in finem — *Inc.* Igitur b. Sulpitius ep. dum... in domo parentum consistere videretur — *Des.* In quo loco gratia Dñi... perseverare dignatur, ipso praestante... Amen. [7928

Act. SS. Ian. II. 174-76; 3ª ed. 538-40; || Krusch, t. c. 371-80 (recensio B).

2. Vita. *Inc. prol.* Scripturus vitam s. ac bb. S-ii ep., illustratorem eius — *Inc.* Fuit igitur ven. confessor Dñi S. Galliae provinciae — *Des.* placabilem reddat et propitium aeternum regem Dñm N. I. C., cui... Amen. [7929

Catal. Brux. II. 76-83.

3. Vita et miracula. I. *Inc. prol.* Clara radiante congerie — *Inc.* B. igitur Sulpitius ortus claris parentibus, civium paene primoribus — *Des.* ut suis meritis adiuvemur, cuius natalicia... Amen. [7930

Act. SS. t. c. 167-74; 3ª ed. 532-38; || Mabillon, *Acta,* II. 168-80; 2ª ed. 157-70; || *P.L.* LXXX. 574-92. — (**Mut**; deest prol.) Surius, I (1570), 411-420; (1576), 427-36; (1618), 285-90; (1875), 425-38.
Exc. Bouquet, III. 509-11.

II. Miracula. *Inc. prol.* Instaurat nostra molimina — *Inc.* Dum arte quorundam opificum — *Des.* et perpetuo gaudet plebs universa patrono, eo largiente... Amen. [7931

Mabillon, t. c. 181-87; 2ª ed. 170-76.
Exc. Labbe, *Bibl. mss.* II. 451-54; cf. 455.

4. Laudatio *Inc.* S. Sulpitius, cuius hodie natalicia celebrantur, secundum saeculi dignitatem claris ortus parentibus... [7932

De qua Krusch, t. c. 371, E.

5. Epitomae vitae.

Vinc. Bellov. xxiv. 27-29. — Petrus de Nat. ii. 94.

Sulpitius (Severus) ep. Bituricensis, † 591. — Ian. 29.

Severi cognomen accepit hic Sulpitius a recentioribus quibusdam, qui ipsum notissimum Martini Turonensis discipulum fuisse falso existimaverunt. Et certe Vitae sequentes non tam Bituricensis episcopi, quam veri Severi Sulpitii gesta enarrant.

1. Vita auct. Guiberto Gemblacensi. *Inc.* B. igitur Sulpicius, cognomento Severus, Aquitaniae provinciae oriundus — *Des.* saltim patronum in caelis habere mereamur, praestante... Amen. [7933

Catal. Brux. I. 503-6.

2. VITA AUCT. EODEM, libris 2. *Inc. lib. I.* Sulpitius Severus primo b. Martini discipulus — *Des. lib. II.* impetres praerogari. Amen. [7934

Exc. *Act. SS.* Ian. II. 968-69 (3ª ed. III. 584), n. 14-18; || *P.L.* XX. 92-94. — *Catal. Brux.* I. 509-15.

Sulpitius Severus presb. Aquitanus. *Vid.* **Severus Sulpit.**

Sulpitius et Servilianus mm. saec. I extr. — April. 20.

Sub titulo *Passio SS. Sulpicii et Serviliani* comparet aliquando in legendariis pars VII Gestorum SS. **Nerei et Achillei.**

Sulpitius cultus in monasterio S. Gisleni. — Ian. 27.

TRANSLATIO IN MONASTERIUM S. GISLENI AN. 986. *Inc. prol.* Omnis falsitas cum suo sopiatur elogio — *Inc.* Ea tempestate qua Roma Ottonis adminiculabatur imperio — *Des.* (*mutila*) tinnitus campanarum clangorque tubarum | [7935

Act. SS. Ian. II. 788; 3ª ed. III. 403.

Sunniva v. et soc. mm. in Selio insula Norvegiae, saec. X. — Iul. 8, Sept. 7.

1. PASSIONIS FRAGMENTUM.

2. Vita. *Inc. prol.* Priscorum mos fuit scriptorum — *Inc.* Inclita nobilissimorum parentum progenie — *Des.* de fonte benignissimae pietatis tuae praestari cupimus, Deus... Amen. [8342

Barralis, *Chronologia Lerinensis,* II. 186-94; || Surius, VII (1618), 182-186, c. i-ix; || *Act. SS.* t. c. 619-24; 3a ed. 590-94.

3. Miracula facta Parisiis. *Inc.* Contigit in urbe Parisiorum — *Des.* gratum operi nostro imponentes compendium. [8343

Barralis, t. c. 194-96; || Surius, t. c. 186-87, c. x-xii; || *Act. SS.* t. c. 624-625; 3a ed. 595-96.

Turibius ep. Asturicensis, saec. V med. — April. 16.

VITA. *Inc. prol.* In s. ac bb. viri Turibii ep., ff. cc., natalicio die — *Inc.* Fuit igitur hic bb. vir, sicut compertum veraciter habemus — *Des.* et miraculis gloriose refulget. Precamur igitur te ... Amen. [8344

TAMAYO, *Mart. hisp.* II. 665-67; ‖ *Act. SS.* April. II. 422-23; 3ª ed. 418-420; ‖ FLOREZ, XVI. 362-64; ‖ LA FUENTE (Vic. de), *Hist. eccl. de España,* 2ª ed. II (1873), 432-34.

Turibius ep. Cenomannensis, † 496. — April. 16.

1. VITA (= *Actus pont. Cenomann.* 2). *Inc.* Turibius natione Romanus, qui, ut fertur — *Des.* et vitam aeternam perpetualiter possidere concedat. Amen. [8345

MABILLON, *Vet. anal.* III. 63-65; 2ª ed. 242-43.
EXC. CAUVIN, *Géographie ancienne du dioc. du Mans,* v-vi.

2. VITA. *Inc.* Tempore illo post obitum s. Iuliani — *Des.* quae fide poscuntur, illic praestantur, auxiliante... Amen. [8346

ADDITAMENTUM. Ego Carus filius Severi... remanent. [8347

Act. SS. April. II. 418-20; 3ª ed. 415-17.

3. TRANSLATIO SAEC. IX. *Vid.* **Iulianus** ep. Cenomann. 6.

Tuscana vid. Veronensis Ord. S. Iohannis Hierosol., † ante 1344. — Iul. 14.

VITA AUCT. CELSO A FALCIBUS MON. O. S. B. *Inc. prol.* Historiam divae Tuscanae Veronensis, quae non tam dolo — *Inc.* Tuscana igitur Gebeto antiquissimo... oppido oriunda — *Des.* lector possit et multa et miranda colligere. (Decimo kal. aug. anno Dñi MCCCCLXXIV.) [8348

BAGATA (R.) et PERETTUS (B.), *SS. episcoporum Veron. antiqua monumenta* (Venetiis, 1576), f. 71-76; ‖ *Act. SS.* Iul. III. 863-66; 3ª ed. 824-27; ‖ CASTELLANI (L.), *Memorie storico-cronologiche sul culto di S. Toscana...* (Verona, 1856), 75-88; cf. 18, ubi legere est additamentum quod *inc.* " In calce historiae... " [8349

Tutgualus ep., ab. Trecorensis, saec. VI (?). — Nov. 30.

1. VITA ADSCRIPTA LOEUANNO. *Inc.* Pax sit omnibus... In Dei nomine incipiunt pauca de gestis... Mater eius Pompaia — *Des.* Illic deguit vitam usque transiit. [8350

BARTHÉLEMY (A. DE), in *Mémoires de la Société nationale des Antiquaires de France,* XLIV (1883), 117-23; ‖ LA BORDERIE (A. DE), in *Mémoires de la Société archéologique des Côtes-du-Nord,* 2ᵉ sér. II (1886/87), 77-86; ‖ ID. *Histoire de Bretagne. Critique des sources.* I. *Les trois anciennes Vies de S. Tudual* (Paris, 1887), 12-14.

2. VITA. *Inc.* Post passionem salutiferam Dñi N. I. C. apostolicae congregationis praedicatione — *Des.* pro nobis ad Dñm dignetur intercedere. [8351

La Borderie, in *Mémoires,* t. c. 86-93; || Id. *Histoire*... 14-21. — **Var. lect.** *Anal. Boll.* VIII. 158-61.

Carmen. *Inc.* Virtutum meritis saeclo fulsere beati — *Des.* Fraus dolus et vanum mendax verbumque malignum. [8352

Anal. Boll. VIII. 161-63.

3. Vita. *Inc. prol.* Cum sanctorum vana mundi oblectamenta spernentium — *Inc.* S. igitur Tutgualus regiae stirpis parentibus — *Des.* ac si maximi perfunderentur impetu fluminis. [8353

La Borderie, in *Mémoires,* t. c. 93-117; || Id. *Histoire*... 21-45.

Tygris. *Vid.* **Tigris.**

Typasenses martyres, saec. V extr.

* Victor Vitensis, *Hist. pers. Wandal.* III. 29, 30, *al.* V. 6 (*P.L.* LVIII. 245; || ed. Halm, 47-48; || ed. Petschenig, 86-87).

Typasius veteranus m. Ticavis in Mauritania, sub Diocletiano. — Ian. 11.

Passio. *Inc.* In diebus Diocletiani et Maximiani imp. parva adhuc christianitatis religio fuerat — *Des.* Tertio id. ian. requievit in pace. In cuius defensione semper adfuit Deus... Amen. [8354

Anal. Boll. IX. 116-23.

Tyrannio, Silvanus et soc. mm. Tyri, sub Diocletiano. — Febr. 20.

Ado, 20 febr. — Petrus de Nat. iii. 137.

Tyrsus. *Vid.* **Thyrsus.**

Ubaldus ep. Eugubinus, † 1160. — Mai 16.

1. Vita auct. Theobaldo ep. Eugubino. a. (recensio brevior). *Inc prol.* In s. Ubaldi ep. et conf. Tebaldus contra votum... Vitam scripturus et miracula — *Inc.* B. itaque Ubaldus, Eugubina civitate progenitus — *Des.* a vermium cruciatu. Pauca autem pro multitudine gestorum, fratres, vestrae proposui caritati... Amen. [8355

Appendix (*"Ethimologia nominis"*). Ubaldus dicitur ab Ubal... [8356

Oliverius (Car.), *S. Ubaldi canonici regularis Lateranensis, civis et ep. Eugubini, Vita a b. Tebaldo... scripta* (Perusiae, 1623), 7-29; || *Lettere del Signor Vincenzo Armanni,* III (Macerata, 1674), 408-21

b. (RECENSIO LONGIOR). *Inc. prol.* Federico Romanorum imperatori Tebaldus *etc. ut in* 1a. — *Inc. ut* 1a. — *Des.* a vermium cruciatu. Multa etiam alia miracula... impotentia sanavit. Pauca autem prae multitudine gestorum vestrae proposui serenitati... Amen. [8357

Act. SS. Mai III. 630-37; 3ª ed. 627-34; || SARTIUS (M.). *De episcopis Eugubinis* (Pisauri, 1755), 93-107. — (**Mut.**) SURIUS. Vid. supra, s. v. **Theobaldus** ep. Eugubinus.

2. EPITOME.

PETRUS DE NAT. v. 6.

3. MIRACULA (NARRATIO ANTIQUA?). *Inc.* Petrus sacerdos de Camerino — *Des.* et alibi plurima signa fecit. [8358

Act. SS. t. c. 638-39; 3ª ed. 635-36.

Udalricus (Uldaricus) ep. Augustanus. † 973. — Iul. 4.

1. VITA ET MIRACULA AUCT. GERHARDO PRESB., libris 2. *Inc. prol.* Aures plurimorum cum fama miraculorum Christi — *Inc. interpretatio nominis.* Oportet in primis ne reticeamus — *Inc. lib. I.* Bonae memoriae U. excelsa prosapia Alamannorum — *Des. lib. II.* omnipotens permanet sine fine in saec. saec. Amen. [8359

[VELSERUS (M.)], *De vita S. Udalrici Augustanorum Vindelicorum ep. quae extant* (Aug. Vindel. 1595), 13-171; || *Velseri opera* (1682), 515-86; || SURIUS, VII (1618), 76-97; || MABILLON, *Acta,* V. 419-70; 2ª ed. 417-66; || *Act. SS.* Iul. II. 97-130; || WAITZ (G.), in *MG.* Scr. IV. 385-425; || *P.L.* CXXXV. 1009-70.

EXC. SCHMELLER (J. A.), *S. Ulrichs Leben* (München, 1844), 67-68. — GREMAUD (J.), *Documents relatifs à l'hist. du Vallais,* I (1875), 35-36.

In quibusdam codicibus, omissis duobus ultimis capitulis, liber II *des.* " et laetae ad propria redierunt. " [8360

2. VITA AUCT. GEBEHARDO EP. AUGUSTANO. *Inc. prol.* Amantissimi patris nostri discendae vitae — *Inc.* Bb. patris et dñi nostri conversatio — *Des.* (*imperfecta*) provide humilitatis convalle subsedit. [8361

VELSERUS, t. c. 177-88; || *Velseri opera,* 591-95.
EXC. MABILLON, t. c. 472; 2ª ed. 467-68. — WAITZ, t. c. 381.

3. VITA AUCT. BERNONE AB. AUGIENSI. *Inc. prol.* Rev. patri Frideboldo... Mirae caritatis virtus — *Inc.* Egregius Christi conf. U. ex Alamannorum prosapia exstitit oriundus. Cuius parentes — *Des.* In quo loco multa per eius merita fiunt assidue miracula... Amen. — *Epil.* Haec tui examen iudicii... meique memor semper existas. [8362

Gloriosorum Christi confessorum Uldarici et Symperti... historiae (1516), sign. a.ii^{v}-D.5^{v} (deest epilogus); || SURIUS, IV (1573), 79-92; (1579), 77-89; III (1875), 581-97; || VELSERUS, 189-240; || *Velseri opera,* 596-617; || SCHMELLER, t. c. 3-66 (desunt prol. et epil.); || *P.L.* CXLII. 1183-1204. — In editione principe an. 1516 leguntur (sign. C.ii^{v}-C.iii) duo capitula [" Quodam tempore... " " Solebat... "], quae in ceteris editionibus hoc loco [post cap. 15] desunt; horum tamen primum apud Velserum et in *P.L.* ad calcem Vitae

est additum. — In eadem editione principe sequuntur (sign. D. 5v D. 8) duo capitula, quae ab editore adiecta videntur; quorum altero, paucis additis paucisque mutatis, exhibetur cap. 1 libri II Vitae 1, altero autem sancti canonizatio refertur, adiecta ipsa bulla canonizationis (Iohannis XV, 3 febr. 993; JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta*, n. 3848).

EXC. MABILLON, t. c. 473; 2a ed. 467-68. — WAITZ, t. c. 381-82.

4. EPITOMAE. a. *Inc.* Egregius Christi conf. U. ex Almannorum prosapia patre s. Hupoldo — *Des.* curatus est in virtute Dñi N. I. C., qui est benedictus... Amen. [8363

EXC. WATTENBACH (W.), in *Archivo* Pertzii, X. 572.

b. *Inc. ut* 3. — *Des.* consequeretur et gratiam. [8364

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 297d-98d; || *id.* (Lovan. 1485), f. 89v-90v.

c. *Inc. ut* 3. — *Des.* victurus cum dño suo. [8365

Leg. aureae appendix, c. 191.

d. *Leg. aureae* appendix, c. 205 (202). — e. PETRUS DE NAT. VI. 53.

5. LEGENDA. *Inc.* Item cum rex Hunorum Atyla... [8366

EXC. WATTENBACH (W.), in *Neues Archiv*, VII. 139-41.

6. INVENTIO ET TRANSLATIO AN. 1183. *Inc.* Anno dñicae inc. MCLXXXIII, ind. I — *Des.* ut dictu sit incredibile. Praeter illa... quorum aliqua digna duximus paginae commendare (quae... patebunt). [8367

Gloriosorum etc. (1516), sign. D.8-E.ii; || VELSERUS, t. c. 241-47; || *Velseri opera*, 618-20; || SURIUS, VII (1618), 98; || MABILLON, t. c. 474-75 (2a ed. 469-470), c. 1-5 (omissa ultima sententia " Praeter illa... "); || *Act. SS.* t. c. 131-132, n. 1-6; || WAITZ, t. c. 427-28 (omissa ultima sententia).

7. MIRACULA. *Inc. prol.* Tacta breviter tanti viri sanctitate — *Inc.* Rupertus ille, de quo in libro gestorum viri Dei U-i — *Des. ut* 1. [8368

Gloriosorum etc. (1516), sign. E.ii-G.4v. — Mihi non liquet quatenus se extendat genuinus libellus, quidve ab editore additum mutatumve sit.

EXC. VELSERUS, t. c. 247-61; || *Velseri opera*, 621-27; || SURIUS, VII (1618), 99-101; || *Act. SS.* t. c. 132-35, n. 7-25. — MABILLON, t. c. 476 (2a ed. 471), n. 6-8.

8. MIRACULA.

EXC. *Act. SS.* t. c. 82-86, n. 52-83 passim et permixtim.

Udalricus prior Cellensis in Silva Nigra, † 1093. — Iul. 10.

1. VITAE PRIORIS FRAGMENTA. *Inc.* B. Udalricus, s. Udalrici quondam Augustensis ep. genere et nomine decoratus... [8369

GERBERTUS (M.), *Historia Nigrae Silvae* (1783), III. 29-33; || WILMANS (R.), in *MG.* Scr. XII. 251-53.

2. VITA. *Inc. prol.* Qui sanctorum gesta nudo et imperito sermone — *Inc.* Ven. vir U. ex illustri prosapia Bavariorum — *Des.* quietem mereamur possidere. [8370

MABILLON, *Acta*, VI, 2. 781-804; 2a ed. 777-93; || *Act. SS.* Iul. III. 154-70; 3a ed. 146-61.

EXC. WILMANS, t. c. 253-67.

Ulphia v. Ambiani, saec. VIII. — Ian. 31.

VITA. *Inc.* Olim nutu Dei fervore persecutionis... quiescente — *Des.* coenobium... quod dicitur Paraclitus, aedificatum exstitit et fundatum, ipso praestante... Amen. [8371

Act. SS. Ian. II. 1123-24; 3a ed. 738-39.

Ulricus. *Vid.* 1°) **Udalricus**; 2°) **Vulfricus.**

Undecim milia virginum. *Vid.* **Ursula.**

Urbanus I papa, † cca. 230. — Mai 25.

1. **Lib. pont.* (ed. DUCHESNE, I. 143; || ed. MOMMSEN, 22-23).

2. PASSIO. I. *Inc.* Urbanus ep., natione Romanus, ex nobilissima prosapia ortus... exstitit. Praefuit autem temporibus Alexandri — *Des.* α) qui pro eis animam suam posuerant. Sepelierunt autem eum... VIII kal. iun. [8372

vel β) qui... posuerat. Sed et vasa ... per diversa loca octo. Sepelierunt... VIII kal. iun. Et cessavit episcopatus eius ... Amen. [8373

BOSIUS (A.), *Historia passionis B. Caeciliae virginis...* (Romae, 1600), 27-34 (des. β); || *Act. SS.* Mai VI. 11-13; 3a ed. 10-13 (des. α); || LADERCHIUS (L), *S. Caeciliae virg. et mart. acta* (Romae, 1722), I. 91-102 (des. β).

II. *Inc.* His ita peractis, abiit Carpasius — *Des.* et in eo corpora ss. Iohannis, Chromatii, Dionysii... imponere studuerunt; ad quorum venerabiles sepulturas... Amen. [8374

III. *Inc.* Pervenerunt haec tandem aliquando ad aures Almachii — *Des.* Corpora vero eorum collegit Polemius presb. et... sepelivit... Passi sunt... Amen. [8375

Act. SS. t. c. 13-15.

3a. PASSIO. I. *Inc.* Urbanus *etc. ut* 1 I... exstitit. Postquam vero bb. Calixtus — *Des.* in superiore caenaculo condiderunt, cantantes et funerea exsequia psallentes Dño persolvebant. [8376

Bibl. Casin. III. Floril. 84-101. — De ea *Act. SS.* t. c. 5, n. 3.
Exc. MOMBRITIUS, II. 354v-55v (initium).

II *et* III. *ut in* 2.

Cf. *Bibl. Casin.* III. 112; *Anal. Boll.* I. 510, 26°.

IV. PROLOGUS. *Inc.* Sciendum — *Des.* polumque optandum. [8377

V. CARMEN. *Inc.* Laudibus — *Des.* martyribusque piis. [8378

Bibl. Casin. III. Floril. 101-2.

3b. PASSIO. I. *Inc. et des. ut* 3a, I. [8379

II. *Inc. ut* 2, II. — *Des.* et in eo corpora... innectere destinaverunt. [8380

III. *Inc.* Sanctissima vero ossa ipsius papae — *Des.* ubi multa beneficia praestantur fidelibus, ad laudem... Amen. [8381

Exc. (pars III) *Catal. Paris.* II. 217-18, 41°.

3 c. LECTIONES. *Inc. ut* 3 a, I. — *Des.* a sanctis perferebat. [8382

BOSIUS, t. c. 35-39; || LADERCHIUS, t. c. 103-9. — Haec sunt ad verbum excerpta ex 3 a, I et II.

4. PASSIO. I. *Inc. prol.* Ss. martyrum gesta vel passiones — *Inc.* Urbanus igitur romanae urbis nobilissima familia oriundus — *Des.* in superiore caenaculo condiderunt. [8383

II. *Inc. ut* 2, II. — *Des.* Corpora vero ss. Iohannis, Chromatii et Dionysii... recondidit ad gloriam Dñi... Amen. [8384

III. *Inc.* Cum igitur haec omnia pervenissent ad aures Almachii — *Des.* nos commendent Christo, qui... Amen. [8385

Bibl. Casin. III. Floril. 110-14. — De ea *Act. SS.* t. c. 5, n. 2.

5. PASSIO. I. *Inc. prol.* Sanctorum qui post passionem et resurrectionem Dñi — *Inc. et des. ut in* 3 a, I. [8386

II. *Inc. ut* 2, II. — *Des.* et in eo corpora Iohannis, Chromatii et Dionysii... innectere destinaverunt. Ad quorum venerabiles sepulturas... Amen. [8387

De qua *Act. SS.* t. c. 6 (3a ed. 5), n. 4.

6. PASSIO AUCT. STEPHANO AB. S. URBANI. *Inc. epist.* Dño sancto et a Deo electo ecclesiae Cathalaunensis antistiti Rotgero... Operae pretium duco — *Inc. prol.* Saepius rei cuiuslibet innovatione — *Inc.* Urbanus igitur urbis Romae ep., communi mortalium nobilitate insignis — *Des.* Pontiano sedem reliquit apostolatus. Nomina autem eorum qui cum eo passi sunt Manilianus... et Lucianus diaconi. Ad quorum venerabiles sepulturas... Amen. [8388

Exc. *Catal. Paris.* III. 75-77; cf. ibid. 72, 36°. — Alios codices inspeximus, v. g. Parisinum lat. 5357 (cf. *Catal. lat.* II. 334, 7°), in quo desunt epist. et prol.

7. PASSIO. *Inc.* (*sine prol.*). Urbanus *etc. ut in* 6. — *Des.* Decollatus est autem pro nomine Dñi XIII kal. iun. (*al. add.* Cui successit in episcopatu Pontius vir ven.). Nomina autem *etc. ut in* 6. [8389

Exc. *Catal. Brux.* I. 207-9. — *Catal. Paris.* III. 155, 25°.

De eodem libello cf. *Catal. Paris.* II. 84, 23°. Libellus brevior est libello 6.

8. EPITOMAE. a. *Inc.* B. papa Calixto per palmam martyrii suscepto — *Des.* superno regi assistit perpetuo quieturus. [8390

Anal. Boll. VIII. 164-65.

b. VINC. BELLOV. XII. 25. — c. *Leg. aurea*, c. 77 (72). — d. PETRUS DE NAT v. 39.

9. TRANSLATIO AUTISIODORUM ET MIRACULA. *Inc.* Igitur anno inc. Dei

DCCCLXII — *Des.* In loco autem illo, in quo pignora habentur recondita, tanta tamque frequentia... suppeditare volumini. [8391

Act. SS. t. c. 16-17; 3ª ed. 15-17. — Haec ad verbum exscripta sunt, paucis additis, ex Heirici lib. II de Miraculis S. Germani (vid. supra **Germanus** ep. Autisiod., 7).

10. MIRACULA FACTA SAEC. XII IN DIOECESI CATALAUNENSI. *Inc. prol.* Fons totius bonitatis — *Inc.* Anno inc. Verbi MCXLI, regnante in Francia rege Ludovico — *Des.* gavisae sunt percepto salutis munere. [8392

Act. SS. t. c. 18-22.

Urbanus II papa, † 1099. — Iul. 29.

1. VITA AUCT. PETRO GUILELMO. *Inc.* Urbanus natione Gallus ex oppido Castellionis quod est super Marnam — *Des.* et ibi honorifice humatum. Et cessavit episcopatus d(ies...) [8393

MURATORI, *Rer. ital. scr.* III, 1. 352; ‖ WATTERICH, *Pont. Rom. Vitae,* I. 571-74; ‖ DUCHESNE (L.), *Le Liber pontificalis,* II. 293-94.

Exc. *Act. SS.* Propyl. Mai, Conatus chron.-hist. I. 200* (3ª ed. 202*), n. 2-5.

2. VITA AUCT. PTOLOMAEO DE LUCA. *Inc.* Anno Dñi MLXXXIX — *Des.* Haec in tantum dicta sint de isto pontifice... [8394

PTOLOMAEUS LUC. *Hist. eccl.* XIX. 15-22 (MURATORI, op. c. XI. 1079-82).

3. VITA (EX BERNARDI GUIDONIS *Flor. chron.*). *Inc.* Urbanus II, qui prius nominatus est Odo — *Des.* in ecclesia Lateranensi. [8395

MURATORI, op. c. III, 1. 352-54.

4. VITA AUCT. AMALRICO AUGERIO. *Inc.* Urbanus II, qui antea Oddo vocabatur — *Des.* Henrico imp. III tunc regnante. [8396

ECCARD, *Corp. hist. med. aevi,* II. 1732-34; ‖ MURATORI, op. c. III, 2. 361-62.

Urbanus V papa, † 1370. — Dec. 19.

1. PROCESSUS CANONIZATIONIS. **I.** MIRACULA SCRIPTIS MANDATA AN. 1376-1379.

ALBANÈS (J. H.) et CHEVALIER (Ul.), *Actes anciens et documents concernant le B. Urbain V pape,* I (Paris, 1897), 124-365.

II. DE VITA ET MIRACULIS (INQUISITIO FACTA AN. 1390). *Inc.* Ad informandum vos reverendos patres — *Des.* et voto emisso, ilico infans revixit... meritis praedicti dñi Urbani papae V s. memoriae. [8397

ALBANES et CHEVALIER, t. c. 375-430 et 430-80.

Exc. POURCHER (P.), *Manuscrit ou livre de S. Privat par Aldebert le Vénérable* (St.-Martin-de-Boubaux, 1898), 513-625 et 626-704.

2. VITA. *Inc.* Urbanus papa V, natione Gabalitanus, de loco de Grisaco — *Des.* et stupendis miraculis coruscando. Vacavitque sedes diebus undecim. [8398

BOSQUET (Fr.), *Pontificum Romanorum qui e Gallia oriundi, in ea sederunt, historia...* (Paris. 1632), 142-97; ‖ BALUZIUS (St.), *Vitae paparum*

Avenionensium, I. 363-98; || MURATORI, *Rer. ital. scr.* III, 2. 610-29; || ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 5-36.

3. VITA AUCT. WERNERO CANONICO BUNNENSI. **a.** *Inc.* Peractis exsequiis dñi Innocentii more solito — *Des.* et oblationibus honorata. Sedit... Vacavit sedes diebus tredecim. [8399

BALUZIUS, t. c. 399-402, 403-413; || MURATORI, t. c. 629-636 extr.; || ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 39-49; || POURCHER, t. c. 484-510.

Aliquando (cf. ALBANÈS, t. c. 39, not. 1) ita Vita *inc.* " Urbanus V natione Gabellitanus, ex patre Guillermo Grimoardi... " [8400

b. *Inc. ut* 3 a. — *Des.* α) Et sic contigit. Obiit autem XIV kal. ian., pontificatus sui IX. [8401

vel (*mutila*) β) regis Franciae supradicti defuncti. [8402

ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 51-55 (des. α); cf. 53, not. 10 (des. β).

EXC. BALUZIUS, t. c. 403-4 (" Mense iulii ... in solemnissima forma "); 404-5 (" Hoc tempore vir magnanimus ... fructus magnos egisset "); 413-14 (" Anno ... sui nono ") ; || MURATORI, t. c. 631 a med., 632 med., 636 extr.-637.

4. VITA AUCT. AYMERICO DE PEYRACO AB. MOISSIACENSI. *Inc.* Urbanus V monachus, felicis recordationis — *Des.* supplices deprecamur, gloriam paradisi, praestante... Amen. [8403

BALUZIUS, t. c. 415-24 (nonnullis passim rescissis); || MURATORI, t. c. 638-642 (ex Baluzio); || ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 57-67.

5. VITA AUCT. PETRO DE HERENTHALS PRIORE FLOREFFIENSI. *Inc.* Urbanus papa V primo fuit abbas ordinis <S.> Benedicti — *Des.* Sed nondum... exstat canonizatus etc. [8404

BALUZIUS, t. c. 413-16; || MURATORI, t. c. 637; || ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 68-69.

6. VITA. *Inc.* Urbanus V, prius abbas Massiliensis — *Des.* fuit dictum corpus suum translatum. [8405

ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 69-73.

7. VITA AUCT. STEPHANO DE CONTIACO MON. CORBEIENSI. *Inc.* Urbanus V, natione Gabalitanus, de castro Grisiaco — *Des.* et vacavit sedes apostolica post ipsius mortem per 15 dies. [8406

ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 74-77.

8. ALIAE VITAE BREVES (PLERUMQUE EX CHRONICIS DESUMPTAE).

a. ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 77-79. — **b.** ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 80-81. — **c.** MURATORI, t. c. 643; || DUCHESNE (L.), *Le Liber pontificalis*, II. 494; || ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 82-83. — **d.** ALBANÈS et CHEVALIER, t. c. 84. — **e.** DUCHESNE, t. c. 528 (antiqua ?). — **f.** MURATORI, t. c. 643-44 (antiqua ?).

Urbanus ep. Lingonensis, saec. V. — Ian. 23.

VITA. *Inc.* B. Urbanus, Lingonicae urbis ep., nobili stemmate — *Des.* precum suarum obtinere effectum... Amen. [8407

Act. SS. Ian. II. 492-94; 3ª ed. III. 105-7.

Urbanus ep. Teanensis, saec. IV med. — Dec. 7.

VITA. *Inc.* In civitate Campaniae, quae Theanum dicitur, fuit vir famae vitaeque laudabilis — *Des.* per manus fidelium diligenter est tumulatus VI id. dec., regnante... Amen. [8408

[*Lectionarium ecclesiae Teanensis*], Neapoli, 1533, sign. F.1ʳ-F.4ʳ.

Ursacius. *Vid.* **Arsacius** *infra in supplemento.*

Ursicinus ep. Ravennas, † 536 vel 538. — Sept. 5.

VITA (IN AGNELLI *Lib. pont. eccl. Ravenn.*, episc. XXIV). *Inc.* Ursicinus XXIIII humilis — *Des.* Sedit autem an. 3, menses 6, dies 9. [8409

*AGNELLUS (*MG.* Scr. rer. langob. 322-24).

Ursicinus medicus m. Ravennae, sub Nerone (?). — Dec. 13, Iun. 19.

PASSIO. *Inc. prol.* Si omnium gesta sanctorum patriae nostrae — *Inc.* Ursicinus erat quidam in Liguriae partibus homo medicus — *Des.* servat humus. Passus est... Amen. [8410

MURATORI, *Rer. ital. scr.* I, 2. 560-62.
Exc. *Act. SS.* Iun. III. 810-11 (3ª ed. IV. 673-75), n. 4-9, 11.

Ursinus ep. Bituricensis, saec. I/III. — Nov. 9, Dec. 29.

1. REVELATIO CORPORIS SAEC. VI MED. *Inc.* Bituriga urbs primum a s. Ursino — *Des.* se deinceps virtutibus manifestans. [8411

*GREG. TURON. *Glor. conf.* 79 (80).

2. VITA. *Inc.* Ss. igitur ac de 70 Dñi N. I. C. discipulis — *Des.* die IV kal. ian. Abrahae ad patriam felici migravit excessu. [8412

FAILLON, *Monuments inédits,* II. 423-28; ‖ NARBEY, *Supplément aux Acta SS.* I. 64-66.

3. VITA. *Inc.* Dño N. I. C. de Maria virgine temporaliter nato... Quo in tempore b. U. natus fuit in saeculo — *Des.* (*imperfecta*) iniuria coepit uti cum fideli ecclesia. [8413

LABBE, *Bibl. mss.* II. 455-59.

4. EPITOMAE. a. *Inc.* Dño N. *etc. ut* 3... Quo in tempore b. U. audita saluberrima praedicatione — *Des.* translatus est ad gaudia paradisi. (*Sequuntur exegetica.*) [8414

Leg. aureae appendix normann. (1507), c. 192; (1518), c. 193.

b. *Inc.* Suscepta b. Clemens ecclesiae cura — *Des.* translatus est ad gaudia paradisi stola indutus iucunditatis. [8415

LABBE, t. c. 459-60.

Ursius conf. cultus in agro Vicentino. — Mai 3.

PETRUS DE NAT. appendix, 8; ‖ *Act. SS.* Mai I. 427; 3ª ed. 432.

Ursmarus ep., ab. Lobiensis, † 713. — April. 18.

1. VITA AUCT. ANSONE AB. LOBIENSI. *Inc. prol.* Dño meo... Theodulfo ep... O pie pater, mi dñe, sera est inquisitio tua — *Inc.* B. Ursmarus ep., dignus laude bonorum, in pago Hainau vel Teorascensi — *Des.* Et aedificata est ibi ecclesia... ubi praestantur virtutes et beneficia, ad laudem... Amen. [8416

MABILLON, *Acta*, III, 1. 248-50; 2ª ed. 242-44; || *Act. SS.* April. II. 560-562; 3ª ed. 557-59; || *Act. SS. Belgii*, VI. 244-49.

2. VITA AUCT. RATHERIO EP. VERONENSI. **a.** *Inc. prol.* Dñis reverendissimis... Apud venerabilem nuper s. Cumanae ecclesiae — *Inc.* B. igitur Ursmarus ep., bonorum omnium praeconio dignus, pago Teorascensi — *Des.* demonstrat cottidie cuius meriti illic habeantur reliquiae, ad laudem... Amen. [8417

SURIUS, II (1571), 663-66; (1578), 766-70; IV (1618), 185-87: IV (1876), 347-52; || MABILLON, t. c. 250-55; 2ª ed. 244-49; || *Ratherii opera*, ed. P. et H. BALLERINII (1765), 195-202; || *P.L.* CXXXVI. 345-52.

Est ubi (cf. *Catal. Paris.* II. 436, 36°) praefigatur alter prologus, qui *inc.* " Sanctorum quidem ac propensiori cultu... „ [8418

b. (RECENSIO INTERPOLATA).

EXC. DUCHESNE, *Hist. Franc. scr.* I. 688; || MABILLON, t. c. 255-56 (2ª ed. 249-50), n. 1; || BOUQUET, III. 626-27. — *Act. SS.* t. c. 562-63; 3ª ed. 559-60 (appendix I), et in annotatis ad Vitam **1**.

3. VITA METRICA AUCT. HARIGERO AB. LOBIENSI. *Inc. prol.* Primo supremum mira vertigine caelum — *Inc.* Ursmarus sanctus meritis et honore coruscus — *Des.* qui vivens regnat ubique. Amen. [8419

EXC. MABILLON, *Acta*, III, 2. 608-11; 2ª ed. 551-53: || *P.L.* CXXXIX. 1125-1128. — *Act. SS.* t. c. 558 (3ª ed. 555), n. 2. — BOUQUET, III. 627-28.

4. MIRACULA SS. URSMARI ET ERMINI. **I.** (AUCT. FOLCUINO AB. LOBIENSI). *Inc. prol.* Multimoda et magnifica — *Inc.* Gens quaedam ripam ulteriorem insidet Danubii — *Des.* cum Christo regnans et in ipso gaudens. [8420

II. (SCRIPTUM ANTE AN. 990). *Inc.* Bermereias nomen est fundi — *Des.* innumeras diversitates signorum. [8421

III. (SCRIPTA SAEC. XI). *Inc.* Paschalis sollemnitas celebrabatur — *Des.* quod devote implevit, quoadusque vixit. [8422

IV. (SCRIPTA AN. 1057). *Inc.* Monachus quidam noster ex clerico conversus — *Des.* fiam incuriosus. [8423

V. (SCRIPTA POST AN. 1090). *Inc.* Longo post tempore, Adelardo abbate — *Des.* quae nostris temporibus contigerunt miracula. [8424

Act. SS. t. c. 563-73; 3ª ed. 561-70; || *Act. SS. Belgii*, VI. 256-94.
EXC. HOLDER-EGGER (O.), in *MG.* Scr. XV. 832-37.

Omnia capitula quibus constat pars I (non tamen eiusdem prologus) iisdem fere verbis, non autem eodem ordine, leguntur inter eiusdem

*FOLCUINI *Gesta abbatum Lobiensium*, c. 25 sqq. (*MG.* Scr. IV. 65 sqq.); ex quibus ea edidit MABILLON, *Acta*, III, 1. 257-62; 2ª ed. 251-55.

5. MIRACULA S. URSMARI IN ITINERE PER FLANDRIAM AN. 1060 FACTA. *Inc. prol.* Licet non sit speciosa laus — *Inc.* Ea ergo tempestate qua inter Henricum imp. — *Des.* lumine oculorum dives est. [8425

Act. SS. t. c. 573-78; 3ª ed. 570-75; || *Act. SS. Belgii*, VI. 295-308.
EXC. HOLDER-EGGER, t. c. 837-42.

Ursula et sociae (11000) vv. et mm. cultae Coloniae. — Oct. 21.

Vid. etiam de sociabus S. Ursulae s. v. **Barga, Candia, Cordula, Cunera, Ida et Odilia, Victoria.**

1. SERMO IN NATALI. *Inc.* Sanctarum Coloniensium virginum agmina — *Des.* et effectum misericors praestat, qui cum ipso... Amen. [8426

CROMBACH, *S. Ursula vindicata* (1647), 983-88; || *Act. SS.* Oct. IX. 154-155; || KESSEL (J. H.), *St. Ursula und ihre Gesellschaft* (Köln, 1863), 156-167; || ID. *Sainte Ursule et ses onze mille vierges*, traduit de l'allemand par G. BEETEMÉ (Bruxelles, 1870), 266-76; || STEIN (A. G.), *Die h. Ursula und ihre Gesellschaft* (Köln, 1879), 97-104; || KLINKENBERG (J.), in *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande*, LXXXIX (1890), 118-24.
EXC. SURIUS, V (1574), 908-9; (1580), 1004-5; X (1618), 331; X (1879), 639-640; || PAULUS (Segerus), *Sacrum Viridarium Ursulanum* (Coloniae Agrippinae, 1630), 334-38.

2. PASSIO AUCT. H... *Inc. prol.* Summae divinitatis theoremate caelitus praedito... dño archipraesuli Geroni... Prius dulcedini vestrae — *Inc.* Fuit tempore pervetusto in partibus Britanniae — *Des.* nostri memor sit iugiter oremus, adiuvante Dño... Amen. [8427

Anal. Boll. III. 7-20.

3. PASSIO. I. *Inc.* Regnante Dño N. I. C., cum post passionem — *Des.* O quale hac die in caelo factum est tripudium... Amen. [8428

II. *Inc.* Ut etiam Colonia illa — *Des.* benedixit filiis tuis in te. [8429

III. *Inc.* Erat autem de eodem ss. virginum contubernio quaedam v. nomine Cordula — *Des.* vel novissimae sortis municipatum capiamus, praestante Dño... Amen. [8430

Epistola ad virgines Christi universas super hystoria nova undecim milium virginum, s. l. a. (HAIN, 6621 = 8742), sign. D.i [in ed. male : C.i]-E.iv; || *id.* s. l. [Coloniae], 1482 (HAIN, 8743 = 12458), sign. c.6-e.1; || *id.* s. l. [Coloniae], 1490 (HAIN, 8745), sign. D.ij-E.ij; || *Passio sive historia undecim milium virginum*, s. l. a. (HAIN, 12457), sign. D.iij-F.2; || SURIUS, V (1574), 902-8; (1580), 998-1004; X (1618), 327-31; X (1879), 629-39; || PAULUS (Segerus), t. c. 294-333; || CROMBACH, t. c. 1-18; || *Act. SS.* t. c. 157-63; || KESSEL, t. c. 168-95; || BEETEMÉ, t. c. 278-304; || STEIN, t. c. 107-24; || KLINKENBERG, in *Jahrbücher* etc. LXXXXIII (1892), 154-63; cf. 152.
EXC. CAPGRAVIUS, f. 325v col. 2-326v col. 1. — Vid. etiam supra, **Cordula.** 1.

4. NARRATIO GALFRIDI MONUMETENSIS.

*GALFRIDI MONUMETENSIS *Historia Britonum,* V. 9-16 (ed. J. A. GILES, Londini, 1844, 84-93); || *Act. SS.* t. c. 207-9; || KESSEL, t. c. 199-205; || BEETEMÉ, t. c. 310-22.

5. LIBER REVELATIONUM B. ELISABETH SCHONAUGIENSIS DE SACRO EXERCITU VIRGINUM COLONIENSIUM. *Inc. prol.* Vobis qui pios affectus — *Inc.* Quando complacuit Dño — *Des.* α) reddat ei Deus mercedem operis sui. Et nunc ei qui absconditorum est conditor... Amen. [8431

vel β) reddat... operis sui. Post haec infra octavam *etc. etc...* sicque mortuus est. Et nunc ei *etc. ut* 5 α... Amen. [8432

FABER STAPULENSIS (Iac.), *Liber trium virorum et trium spiritualium virginum* (Paris. 1513), f. 139-42; || *Revelationes ss. vv. Hildegardis et Elizabethae Schoenaugiensis* (Coloniae, 1628), 205-10; || HENRIQUEZ (Chr.), *Lilia Cistercii* (Duaci, 1633), I. 265-83; || CROMBACH, t. c. 719-45; || AMORT (E.), *De revelationibus, visionibus et apparitionibus* (Augustae Vindelicorum, 1744), II. 169-79; || *Act. SS.* t. c. 164-72; || ROTH (F. W. E.), *Die Visionen der hl. Elisabeth* (Brünn, 1884), 123-35; || ID. *Die Visionen und Briefe der hl. E.* (Brünn, 1886), 123-35.

6. REVELATIONUM B. IOSEPHI libri 2. **I.** LIBER I (EPISTULA AD VIRGINES CHRISTI). *Inc. prol.* Universis Christi virginibus... frater N. (*al.* T.) salutem... Anno MCLXXXIII, inspirante Dño — *Inc.* Deus ab aeterno cuncta sapienter disponens — *Des.* sine fine regnabunt, qui est una cum matre sua... benedictus in saecula. Amen. [8433

Epistola... super hystoria nova undecim milium virginum, s. l. a. (HAIN, 6621 = 8742), sign. A.ij-D.i [in ed. male : C.i]; || *id.* s. l. [Coloniae], 1482 (HAIN, 8743 = 12458), sign. a.1-c.5v; || *id.* s. l. [Coloniae], 1490 (HAIN, 8745), sign. A.ij-D.jv; || *Passio sive historia,* s. l. a. (HAIN, 12457), sign. A.1v-D.iij; || CAPGRAVIUS, f. 316-25v; || CROMBACH, t. c. 513-63; || *Act. SS.* t. c. 173-185.

II. LIBER II. *Inc. prol.* Ecce in longum extensa est — *Inc.* Rex caelestis Iesus Christus, pius ss. virginum sponsus — *Des.* Axparae reginae et ducissae illius materterae filiae. [8434

CROMBACH, t. c. 568-644; || *Act. SS.* t. c. 185-201.

7. PASSIO. *Inc. prol.* Legentibus passionem ss. vv. Coloniensium dubitatio — *Inc.* Post passionem et resurrectionem Dñi salvatoris cum sagena — *Des.* Egregius quoque confessor Christi Aquilinus... est illis associatus. Benedictus igitur Dñus... Amen. [8435

APPENDIX. *Inc.* S. Cyriacus — *Des.* S. Iacobus ep. Antioccnus. [8436

KESSEL, t. c. 206-19; || BEETEMÉ, t. c. 325-36. — Appendix ex libello 9 excerpta est.

8. EPITOMAE.

a. VINC. BELLOV.-XXI. 40-44; || CROMBACH, t. c. 1007-9 (omisso cap. 44). — **b.** PETRUS DE NAT. IX. 87. — **c.** IAC. PHILIPPUS BERGOMENSIS, c. 134; || CROMBACH, t. c. 1035-38.

d. *Inc.* Undecim milium virginum passio hoc ordine celebrata fuit.

In Britannia namque rex christianissimus fuit — *Des.* ipsum migrasse ad Dñm invenerunt. [8437

Leg. aurea, c. 158 (153); || MOMBRITIUS, II. 355v-57; || TROUILLAT, *Monum. de l'hist. de l'anc. évêché de Bâle*, I (1852), 17-21; || KESSEL, t. c. 220-24; || BEETEMÉ, t. c. 337-40.

e. *Inc.* Anno ab inc. Dñi N. I. C. CCXXVII regnavit Alexander — *Des.* ss. virginum exercitus revelatur. Gratias ago Deo... Amen. [8438

ROTH, ll. cc. (1884 et 1886), 157-60.

f. *Inc.* Fuit in Britannia rex quidam religiosus — *Des.* cum ceteris virginibus. Anno autem Dñi CCXXXVIII passae sunt virgines. [8439

TROUILLAT, t. c. 14-16.

g. (ANTIQUIOR ANNO 1500?). *Inc. prol. ut in* 6 I. — *Inc. ut* 6 I. — *Des.* sub chlamyde protegent et ad vitam aeternam deducent; ad quam nos deducat in saecula benedictus. Amen. [8440

Historia undecim milium virginum breviori atque faciliori modo pulcherrime collecta, Coloniae, Koelhoff, 1484 (HAIN, 8744) [non vidimus; an unquam prodiit?]; || *id.* ([Coloniae], Quentell, 1507), sign. A.1v-A.iiijv; || *id.* (Colonie, Mart. de Werdena, s. a.), (COPINGER, II, nº 5910), f. 1v-4; || *id.* (Colonie, Mart. de Werdena, 1509), sign. A.1v-Bv; || *id.* (Colonie, Henr. de Nuscia [1510?]), sign. A.1v-A.4; || *id.* ([Coloniae?], Iohannes de Sollin, 1517), sign. A.v-B.2 et B.3v-B.4 (ibi prologus).

9. REVELATIONES TITULORUM SS. MM. ET VV. COLONIENSIUM AUCT. THIODERICO AEDITUO TUITIENSI. *Inc.* Anno ab inc. Dñi N. I. C. MCLV, ind. IV — *Des.* Quapropter, quoniam in hac causa... Amen. [8441

CROMBACH, t. c. 490-94 (quibusdam omissis); || *Act. SS.* t. c. 243-45; || LACOMBLET, in *Archiv für die Geschichte des Niederrheins*, V (1865), 292-99. **Exc.** STEIN, t. c. 125-27. — HOLDER-EGGER (O.), in *MG.* Scr. XIV. 569-70.

10. RHYTHMUS. *Inc.* Dilectus ecclesiae sponsus est candidus — *Des.* (*mutilus*). Sed quibus datum est, dicit Dñus. [8442

FRÖHNER (Chr. W.), in *Zeitschrift für deutsches Alterthum*, XI (1859), 24-28.

11. RHYTHMUS DE MIRACULIS. *Inc. prol.* Ista legat civis — *Inc.* Primus honor talis — *Des.* pax et requies morienti. [8443

PAULUS (Segerus), t. c. sign. P.4-P.6v post pag. 342; || CROMBACH, t. c. 477, 483, 896; || VINITOR (Gerlacus), *Specification oder Verzeichniss der vornehmsten Reliquien welche in der St. Ursulakirche zu Köln... verehrt werden* (Köln, 1657), [non vidimus]; || KESSEL, t. c. 196-98; || BEETEMÉ, t. c. 306-8. **Exc.** *Act. SS.* t. c. 234, n. 84.

12. TRANSLATIO TRIUM CORPORUM AD MONASTERIUM WALCIODORENSE AN. 1105. **a.** (AUCT. RICHERO MON. WALCIOD.). *Inc. prol. I.* Omni tempore diligit — *Inc. prol. II.* Quoniam ex Agrippinensium collegio 11000 virginum adventus ad nos — *Inc.* Anno dñicae inc. MCV, princeps N. huius nominis... quintus — *Des.* dimidiam partem. Amen. [8444

Anal. Boll. XI. 125-35.

b. *Inc.* Cum anno Dñi MCV in Coloniam Agrippinam — *Des.* Denique ad nostrarum recurramus auxilium patronarum, ut... Amen. [8445

Act. SS. t. c. 239-40.

13. TRANSLATIO DUORUM CORPORUM AD MONASTERIUM ZWIFALTENSE AN. 1145. *Inc.* Hae sanctorum reliquiae pio labore dñi Bertholfi — *Des.* in monasterio virginum collocavimus. [8446

SCHNEIDER (E.), *Die Zwiefalter Annalen und Ortliebs Chronik* (= WÜRTTEMBERGISCHE GESCHICHTSQUELLEN, III, 1889), 51.

14. TRANSLATIO SEPTEM CORPORUM AD MONASTERIUM GRANDIMONTENSE AN. 1181, AUCT. GUILLELMO DANDINA. *Inc. prol.* Omnibus praesentibus... Cum virorum illustrium sollicitudine — *Inc.* Anno igitur inc. Verbi MCLXXXI, summo et universali pontifice Alexandro III — *Des.* usque in ecclesiam B. Mariae semper virginis. — *Sequuntur litterae Philippi ep. Coloniensis, quae inc.* Philippus... Fratres vestros latores praesentium... [8447

TEXIER, *Manuel d'épigraphie*, in MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE L'OUEST, XVIII (1852), 348-61; || *P.L.* CCIV 1221-34.

15. TRANSLATIO CORPORUM IN MONASTERIUM REGALIS MONTIS AN. 1261. *Inc.* Conradus... Ad vestrae notitiam serenitatis... [8448

MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.* I. 1112-13.

16. RELIQUIAE A GUILLELMO DE RYCKEL AB. S. TRUDONIS COLLECTAE. a. (AUCT. IPSO GUILLELMO). *Inc.* Anno Dñi MCCLXX, kal. mai, reliquiae... S. Benigna v. et m. percussa fuit gladio — *Des.* scilicet de b. Clara et Mabilia de 11 milibus virginum in Colonia. [8449

EXC. BERLIÈRE (U.), in *Revue Bénédictine*, XVI (1899), 272-77.

b. *Inc.* Nomina sanctorum quorum capita... S. Benigna v.; haec ipsis oculis ense punctim confixis — *Des.* Clarae et Mabiliae. [8450

De quo BERLIÈRE, t. c. 271 et in notis ad p. 272-76.

17. MIRACULA.

Vid. *Anal. Boll.* V. 315, 11°; *Catal. Brux.* II. 87, 24°.

18. MIRACULUM REVELATUM IOHANNI DE WARWICK EREM. IN ANGLIA. *Inc. prol.* Reverentiam quae vobis pertinet — *Inc.* Haec sunt novissima verba virginis Ursulae : Eremita — *Des.* Convertam corda patrum in filios. [8451

Epistola... super hystoria nova undecim milium virginum, s. l. a. (HAIN, 6621 = 8742), sign. E.i^{v}-E.6^{v}; || *id.* s. l. [Coloniae], 1482 (HAIN, 8743 = 12458), sign. e.1-e.4^{v}; || *id.* s. l. [Coloniae], 1490 (HAIN, 8745), sign. E.ij-E.7^{v}; || *Passio sive historia*, s. l. a. (HAIN, 12457), sign. F.2-F.4.

Ursulina v. Parmensis, † 1410. — April. 7

VITA. *Inc. prol.* Rev. in Christo matri dñae Magdalenae — *Inc.* Fuit vir quidam Petrus nomine — *Des.* et in pace quievit. Amen. Quanta

autem miracula... Quapropter, matres in Christo devotissimae, his ex paucis... Amen. [8452

Act. SS. April. I. 725-39; 3ª ed. 721-35; || *Chronica Parmensia a sec. XI* (Parmae, 1858), 516-35.

Ursus presb. Augustae Praetoriae, saec. VI (?). — Febr. 1.

Vita. *Inc. prol.* In nomine s. et individuae Trinitatis hic subter insertum est — *Inc.* Fuit igitur vir Dei cultor bb. Ursus — *Des.* Occurrerunt ei angeli Dei... Amen. [8453

Act. SS. Febr. I. 937-39; 3ª ed. 946-48.

Ursus ep. Autisiodorensis, saec. V extr. — Iul. 30.

Hist. ep. Autisiod. 11 (Labbe, *Bibl. mss.* I. 418; || Duru, *Bibl. hist. de l'Yonne,* I. 322-23; || *P.L.* CXXXVIII. 229-30); || *Act. SS.* Iul. VII. 158 (3ª ed. 169), n. 2.

Ursus ab. Locciensis **et Leobatius** ab. Senapariensis, saec. VI. — Iul. 28.

Vita auct. Gregorio Turon. (*Vit. Patrum,* xviii). *Inc. prol.* Legiferi vatis oraculum — *Inc.* Igitur Ursus ab. Cadurcinae urbis incola fuit — *Des.* ibique et obiit ac sepultus est. [8454

* *Greg. Turon. opera* (ed. Ruinart, 1240-44; || *P.L.* LXXI. 1084-87; || ed. Krusch, 733-35); || Surius, IV (1573), 380-81; (1579), 402-3; VII (1618), 337-38; || *Act. SS.* Iul. VI. 564-65.

Exc. Labbe, *Bibl. mss.* II. 696.

Ursus ep. Ravennas, † 396 (?). — April. 13.

Vita (in Agnelli *Lib. pont. eccl. Ravenn.,* episc. xvi). *Inc.* Ursus XVI castissimus — *Des.* s. Ursus descriptus est. Sedit... [8455

* Agnellus (*MG.* Scr. rer. langob. 288-89).

Ursus m. Thebaeus Salodori. *Vid.* **Victor** m. Salod.

Ursus ep. Tullensis, saec. V. *Vid.* **Amon.**

Valens ep. m. cultus in Augia Divite, sub Numeriano. — Mai 21.

Passio. *Inc.* Tempore Numeriani imp. b. Valens ep. cum duobus pueris — *Des.* ipse quoque decollatus est gaudens. [8456

Anal. Boll. XVII. 133-35.

Valentinus presb. Ecclesiolae prope Molismum, ante med. saec. V. — Iul. 4.

VITA. *Inc.* B. Valentinus in Laticensi suburbano Lingonensium oriundus — *Des.* facile intelligatur. [8457

Act. SS. Iul. II. 41-42.
EXC. BOUQUET, III. 410-11.

Valentinus ep. Ianuensis, saec. IV in. — Mai 2.

1. VITA. *Inc.* B. Valentinus, bonae indolis puer — *Des.* sine quo nullus nostrum esse potest, ipso adiuvante... Amen. [8458

Act. SS. Mai VII. 544; 3ª ed. 535-36.

2. INVENTIO, ELEVATIO, MIRACULA. *Inc.* Huius talis ac tanti V-i praesulis, unde superius — *Des.* praesentem sentiret. Hoc quoque ad laudem et gloriam Christi... Amen. [8459

Act. SS. t. c. 544-46; 3ª ed. 536-37.
EXC. UGHELLI, IV. 1151-54; 2ª ed. 837-38.

Valentinus ep. Interamnensis, m. Romae, sub Claudio. — Febr. 14.

1. VITA. *Inc.* Propheta loquitur ad Deum... Unde b. vir Interamnensis ep. — *Des.* a s. Abundio non longe a corpore s. V-i sunt sepulti, collaudantes Dñm... Amen. [8460

MOMBRITIUS, II. 343-44; || SURIUS, I (1570), 984-86; (1576), 1014-16; II (1618), 145-46; II (1875), 349-52; || *Act. SS.* Febr. II. 756-57; 3ª ed. 757-58.

2. EPITOME.

PETRUS DE NAT. III. 122.

3. TRANSLATIO CAPITIS GEMMETICUM ET MIRACULA AUCT. BALDRICO EP. DOLENSI. *Inc. prol.* Qualiter bb. V-i caput Gemmeticum usque — *Inc.* Quidam qui sacerdotio fungebatur — *Des.* ab infirmitate illa curatus sanus egressus est. [8461

Act. SS. t. c. 758-62; 3ª ed. 759-63; || *P.L.* CLXVI. 1153-64.

Valentinus ep. Raetiarum (*al.* ep. Pataviensis), saec. V. — Ian. 7.

1. VITA ET TRANSLATIO. *Inc.* In civitate Pataviensi inventum est sub nostro aevo — *Des.* ubi adhuc plurima fiunt miracula, quae facit... Amen. Celebratur autem festum *etc. etc...* [8462

Act. SS. Ian. I. 1094-97; 3ª ed. 728-33. — (Mut.) SURIUS, IV (1573), 474-477; (1579), 506-9; VIII (1618), 43-45; || *Act. SS.* t. c. 369-72.
EXC. RESCHIUS, *Annales eccl. Sabionensis*, 282-86, 290 (partim ex libello genuino, partim ex Surio).

2. EPITOME.

BARTHOLOMAEUS TRIDENTINUS, *Gesta Sanctorum* (LÜTOLF, in *Theologische Quartalschrift*, LXIII, Tübingen, 1881, 469).

Valentinus presb. m. Romae, sub Claudio. — Febr. 14.

1. Passio. *Inc.* Tempore quo persequebatur Claudius christianos, tenuit quendam presbyterum — *Des.* α) et sepelivit in eodem loco ubi decollatus est. [8463

vel β) ubi decollatus est, accipiens coronam vitae quam repromisit Deus diligentibus se. [8464

vel γ) diligentibus se. Ibi postea a Iulio papa fabricata est ecclesia... usque in hodiernum diem. [8465

Act. SS. Febr. II. 753-54; 3ª ed. 754-55. — Excerpta est haec Passio ad verbum ex Passione SS. **Marii, Marthae et soc.** In quibusdam codicibus, servatis etiam primis verbis cap. 6 Passionis SS. Marii etc., Passio Valentini *inc.* " Tunc tenuit Claudius quendam ven. virum... " [8466

In aliis codicibus tamquam *Passio S. Valentini* profertur vel integra, vel paene integra Passio SS. Marii etc.

2. Epitomae.

Leg. aurea, c. 42. — Petrus de Nat. iii. 123.

Valentinus ep. Terracinensis et **Damianus** eius diac., mm. in territorio Teatino, † sub Iuliano. — Mart. 16.

Passio et inventio. I. Passio. *Inc.* Temporibus Magni Constantini piissimi imp. erat quidam vir — *Des.* usque in hodiernum diem. Passi sunt autem... Amen. [8467

II. Inventio, translatio, miracula. *Inc.* Postquam divina ordinatione — *Des.* Deum et ss. mm. eius V-um et D-um glorificavit. [8468

Ughelli, VII. 1351-60; 2ª ed. I. 1284-89; || *Act. SS.* Mart. II. 428-31; 3ª ed. 423-26; || Contator (D. A.), *De historia Terracinensi* (Romae, 1706), 493-502.

Exc. (ipsa pars ii) *Act. SS.* Mai III. 569-70 (3ª ed. 566-67), n. 3 et 5.

Valentinus et Hilarius mm. Viterbii, sub Maximiano. — Nov. 3.

1. Passio. a. *Inc.* Temporibus illis, quo Maximianus augustus regnavit post obitum patris sui Diocletiani augusti, ipso tempore interfecit sororem suam — *Des.* Qui ita martyr Christi effectus est in Dño N. I. C... Amen. [8469

Appendix. *Inc.* Supradictorum vero mm. corpora — *Des.* de Roma adduxerat; cuius... celebratur iii kal. ian., ad laudem... Amen. [8470

Act. SS. Nov. I. 626-29, col. 1. — (Mut.) Nardinus (N.), *Acta ss. mm. Valentini praesbyteri et Hilarii diaconi* (Viterbii, 1684), 7-11; || Pennazzi (S. A.), *Vita del glorioso S. Eutizio* (Montefiascone, 1721), 324-28; || Andreucci (A. Gir.), *Notizie istoriche de gloriosi ss. Valentino prete ed Ilario diacono* (Roma, 1740), 61-64; || Bussi (F.), *Istoria della città di Viterbo* (Roma, 1742), 444-45; || Assemani (I. S.), *De SS. Ferentinis in Tuscia Bonifacio* etc. (Romae, 1745), 169-72.

Exc. (ex libello genuino) *Act. SS.* Mai III. 459 (3ª ed. 457-58), n. 4. — Pennazzi, t. c. 339-40. — Andreucci, t. c. 44-46, 56-57.

b. *Inc.* Tempore quo Maximianus augustus regnabat, misit edictum — *Des.* Qui inventus martyr effectus est in I. C. Dño N... Amen. [8471

Appendix. *Inc. ut in* 1 a. — *Des.* de Roma addux., ad laudem... [8472

Andreucci, t. c. 51-55; || *Bibl. Casin.* III. Floril. 158-60; || *Act. SS.* Nov. I. 626-29, col. 2.

2. Epitome. *Inc. ut* 1 b. — *Des.* et sepulti sunt in locum qui vocatur Cavillarius. [8473

Pennazzi, t. c. 333-35; || Andreucci, t. c. 48-49; || *Act. SS.* t. c. 625.

3. Inventio saec. XIV in. *Inc.* Gloriosus Deus in sanctis suis — *Des.* fidei postulantium impendebat, ad laudem... Amen. [8474

Act. SS. t. c. 632-34.

Valeria v. m. Lemovicensis, saec. I/III. — Dec. 9.

1. Sermo in festivitate. I. Prologus. *Inc.* Congruum, ff. cc., videtur — *Des.* de hoc saeculo migraverint, cognoscitur. [8475

Anal. Boll. VIII. 278-79.

II. Vita. *Inc.* Bb. igitur Valeria Lemovicensis pagi oriunda fuit — *Des.* interrogati soliti sunt narrare. [8476

Exc. Arbellot, *Documents inédits sur l'apostolat de S. Martial* (1860), 64-66 (= Congrès scientifique de France, 1859, II. 197-99). — *Catal. Paris.* I. 196-98.

III. Miracula post translationem an. 985. *Inc.* Multa Dei omnipotentis gratia — *Des.* eius interventu accipietis, ipso largiente qui cum Patre... Amen. [8477

Anal. Boll. VIII. 279-84. — De anno *985*, qui in editis perperam comparet tamquam *885*, cf. L. Duchesne, *S. Martial de Limoges*, in Annales du Midi, IV (1892), 316-17.

2. Passio. I. *Inc.* Igitur in diebus illis postquam Caius Iulius caesar — *Des.* et iam sponsae Stephani ducis. [8478

II. *Inc.* Haec vero civitas antiquissima fuerat condita a rege Lemovico — *Des.* construxit dux hospitale... pro recordatione v. et m. Valeriae. [8479

III. *Inc.* Constituit idem dux Stephanus alterum hospitale — *Des.* Suscepit autem pro Christo martyrium b. Valeria... imperante Claudio caesare. Virgo igitur ipsa... Amen. [8480

Catal. Paris. I. 41-44 (pars ii); II. 2-5 (partes i et iii).

3. Miraculum an. 985. *Inc.* Constructum et compactum floridis floribus — *Des.* videre virtutum signa donat. [8481

Catal. Paris. II. 401-3.

4. Vita auct. Bernardo Guidonis.

Exc. Delisle (L.), in *Notices et extraits*, XXVII, 2. 288, not. 1.

Valeria uxor S. Vitalis m. Ravenn. *Vid.* **Vitalis.**

Valerianus ep. Autisiodorensis. *Vid.* **Valerius.**

Valerianus sponsus S. Caeciliae, **Tiburtius et Maximus,** mm. Romae. — April. 14.

1. Conversio et Passio.

Vid. in Passione S. **Caeciliae**. In quibusdam legendariis exscriptae sunt seorsim tamquam *Passio SS. Valeriani, Tiburtii et Maximi* partes modo plures, modo pauciores Passionis S. Caeciliae. Hi libelli *inc.* α) " Cum b. Tiburtius per praedicationem bb. Caeciliae in Dñm N. I. C. credidisset, dixit fratri suo : Miserere mei... „ [8482

vel β) " Turgius (*al. om.* T.) Almachius urbis praefectus sanctos Dñi fortiter laniabat et inhumata... „ [8483

Et *des.* α) " suo se Creatori reddiderunt. Martyrizati sunt autem... xviii kal. mai, regnante Dño... Amen. „ [8484

vel β) " suo se Creatori redd. xviii kal. mai, praestante Dño... Amen. „ [8485

vel γ) " resurrectionem se inventurum phoenicis exemplo suscepit. „ [8486

Huiusmodi libellum ed. Mombritius, II. 332-33v (inc. β, des. β).

2. Epitomae.

Petrus de Nat. iv. 51. — Hilarion Mediolanensis, f. 26-27.

Valerianus m. Trenorchii, † cca. 178. — Sept. 15.

1. Miraculum. *Inc.* Huic martyri adiungitur... [8487

*Greg. Turon. *Glor. mart.* 53 (54).

2. Passio (adscripta Baldrico ep. Dolensi). *Inc. prol.* Bb. martyrum gloriosa certamina — *Inc.* Igitur (*al. add.* diebus, *al.* diebus illis) Antonini imp. temporibus (*al. om.*) gravissima persecutionis instantia — *Des.* caelorum spiritu regna conscendens. — *Epil.* Cuius festivitatem annuam celebrantes... eius aeterna gratia muniatur, praestante Dño... Amen. [8488

Bosquet, *Eccl. gall. hist.* II. 102-5; ‖ Perry (C.), *Hist. de Chalon-sur-Saône* (1659), preuves, 13-15 (desunt prol. et epil.), et iterum 15-17 (adsunt prol. et epil.); ‖ [Cusset (P.)], *L'illustre Orbandale ou l'histoire ecclésiastique de Chalon sur Saône*, II (1662), append. : Vies de quelques saincts, 5-7 (desunt prol. et epil.), et iterum 7-10 (adsunt prol. et epil.); ‖ Chifflet (P. Fr.), *Hist. de l'abbaye de Tournus* (1664), preuves, 33-37 ; ‖ [Juenin (P.)], *Nouvelle histoire de l'abbaïe ... de Tournus* (Dijon, 1733), preuves, 2-5; ‖ *Act. SS.* Sept. V. 21-22; ‖ *P. L.* CLXVI. 1209-12.

Exc. Dufourcq (A.), *De manichaeismo apud latinos quinto sextoque saeculo* (Paris. 1900), 109-10.

3. Passio, translatio saec. X, miracula.

Haec narravit Falco mon. in *Chronico Trenorchiensi*, c. 1-11 et 38-43 (Chifflet, l. c. 3-9 et 25-27; ‖ Juenin, l. c. 10-14 et 24-25); ‖ *Act. SS.* t. c. 23-27.

4. PASSIO, TRANSLATIO SAEC. X, MIRACULA, AUCT. GARNERIO MON. *Inc. prol.* Qui ss. martyrum Christi splendidos agones — I. PASSIO. *Inc.* Inter ecclesiasticos historicae veritatis scriptores — *Des.* superata tellus sidera donat. Passus est... Amen. [8489

CHIFFLET, l. c. 38-46; || JUENIN, l. c. 28-33.

II. TRANSLATIO ET MIRACULA. *Inc. prol.* Decurso pro captu nostrae mediocritatis — *Inc.* Post innumeras igitur ab ipsius passione — *Des.* sequentibus turbis introivit. [8490

CHIFFLET, l. c. 46-51; || JUENIN, l. c. 33-36; || *Act. SS.* t. c. 27-28.

5. TRANSLATIONES SS. VALERIANI ET PHILIBERTI. *Inc.* Ex tempore quo christiana religio — *Des.* (*mutil.*) tenebat tumulata s. Dei martyris Valeriani ossa. [8491

Catal. Paris. II. 229-37.

6. EPITOMAE.

